



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXVI. De passionibus animæ. Et habet art. decem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

AD PRIMVM ergo dicendum, quod beata uirgo a fomite liberata fuit miraculose.

AD II. Dicendum, quod irascibilis & concupiscibilis obediunt rationi in quantum motus earum, vel ordinantur vel comprimuntur per rationem, non tamen ita quod totaliter inclinatio earum tollatur.

AD III. Dicendum, quod virtus in irascibili & concupiscibili existens non contrariatur corruptioni predictæ: unde totaliter eam tollit. Contrariatur autem superexcellente inclinationis predictarum virtutum in sua objecta, & hoc per uirtutem tollitur.

AD IIII. Dicendum, quod temperatus secundum phil. non caret omnino concupiscentiis: sed concupiscentiis vehementibus, quales possunt inesse continenti.

AD V. Dicendum, quod ex parte illorum omnium quatuor, contingit quod sensualitas in hac uita non curetur: Ipse enim Deus quamuis sit potens curare, tamen secundum ordinem suæ sapientiæ disposuit, ut non curetur in hac uita. similiter donum gratie quod per Christum nobis confertur, quamuis sit efficacius quam peccatum primi hois, non tamen ordinatur ad remouendam corruptionem predictam quæ est naturæ: sed ad remouendam culpam personæ. Similiter huiusmodi corruptio quamuis sit contra statum nature primitiue instituta, est tamen consequens principia nature sibi relicta. est etiam homini utile ad uitandum elationis uitium ut sensualitatis infirmitas maneat 2. Cor. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, & ideo post baptismum remanet hæc infirmitas in homine, sicut sapiens medicus dimittit aliquem morbum non curatum, qui non posset curari sine periculo maioris morbi.

QVÆSTIO XXVI.

De passionibus anime

In decem articulos diuisa.

¶ Primo queritur, Vtrum naturaliter anima separata a corpore patiatur.

¶ Secundo, Quomodo anima coniuncta corpori patiatur.

¶ Tertio, Vtrum passio sit tantum in appetitiua sensitua.

¶ Quarto, Secundum quid attendatur contrarietas & diuersitas inter anime passionibus.

¶ Quinto, Vtrum spes, timor, gaudium, & tristitia sint quatuor principales passionibus.

¶ Sexto, vtrum passionibus mereamur.

¶ Septimo, vtrum passio adiuncta merito diminuat aliquid de merito.

¶ Octauo, vtrum huiusmodi passionibus fuerunt in Christo.

¶ Nono, vtrum passio doloris fuerit in anima Christi, quantum ad superiorem rationem.

¶ Decimo, vtrum per doloris passionibus, qui erat in superiori ratione Christi, impediretur gaudium fruiionis, & econuerso.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum anima separata a corpore patiatur.

QVÆSTIO est de passionibus anime. & primo queritur, vtrum anima separata a corpore patiatur. & uidetur, quod non patiatur ab

igne corporeo. Aug. enim dicit 12. super Genes. ad literam, agens est præstantius patientes: sed anima quod liber corpore est præstantior. ergo ab igne corporeo anima pati non potest. Sed diceretur, quod ignis agit in animam, ut est instrumentum diuinæ iustitiæ iudicantis.

¶ 2 Sed contra, Instrumentum non complet actionem instrumentalem, nisi exercendo actionem naturalem, sicut aqua baptismi sanctificat animam laudando corpus, & terra facit seannum secundo lignum: sed ignis nullam actionem naturalem potest habere circa animam, ut instrumentum diuinæ iustitiæ. ergo &c. Sed diceretur quod naturalis actio ignis est cremare, & sic naturaliter agit in anima in quantum seum defert cremabilia.

¶ 3 Sed contra, Cremabilia que dicitur anima seum deferre, sunt peccata, quibus non contrariatur ignis corporeus. ergo cum omnis actio naturalis sit ratione contrarietatis, uidetur quod anima non possit pati ab igne corporeo in quantum seum defert cremabilia.

¶ 4 Præter. Aug. dicit 12. super Gen. ad literam, non sunt corporalia: sed similia corporalibus quibus anima corporibus. ex utraque afficiunt bene seu male. ergo ignis quo anima separata punit, non est corporeus.

¶ 5 Præter. Damasc. dicit in fine 4. li. Tradetur diabolus & demones eius, & homo eius. scilicet Antichristus & impij & peccatores in ignem æternum, non materialis qualis est qui apud nos est; sed quem utique nouit Deus. Omnis autem ignis corporeus materialis est. ergo ignis quo anima separata patitur non est corporeus. Sed dicendum, quod ignis ille corporeus affligit animam in quantum est ab ea uisus, ut dicit Grego. in 4. Dial. ignem eo ipso patitur anima quo uidet, & sic illud quod immediate affligit animam, non est corpus; sed similitudo corporis apprehensa.

¶ 6 Sed contra, uisum ex hoc quod est uisum est perfectio uidentis. ergo ex hoc quod est uisum, non inducit afflictionem uidenti: sed magis delectationem. Si ergo aliquid uisum affligat, hoc erit in quantum est alijs nocuum: sed ignis non potest alij affligere animam agendo in ipsam ut probatum est. ergo nec ab igne patitur anima, eo ipso quod uidet.

¶ 7 Præter. Agentis ad patiens est aliqua proportio: sed incorporei ad corpus nulla est proportio. ergo anima non potest ab igne corporeo, cum sit incorporea, pati.

¶ 8 Præter. Si ignis corporeus non naturaliter in animam agit, oportet quod hoc fiat per aliquam uirtutem superaditam. aut ergo illa uirtus est corporalis, aut spiritualis, spiritualis esse non potest, quia res corporalis spiritualis uirtutis susceptiua non est. si autem est corporalis, cum omni uirtute corporali anima præstantior sit, per hanc uirtutem ignis in eam agere non poterit. ergo nec naturaliter nec supernaturaliter anima pati potest. Sed dicendum, quod anima per peccatum redditur ignobilius creatura corporali.

¶ 9 Sed contra, Aug. dicit in lib. de vera religione quod substantia uiuens est dignior qualibet substantia non uiuente: sed anima rationalis post peccatum adhuc remanet uiuens uita naturali. ergo non efficitur dignior igne corporali, quod est substantia non uiuens.

¶ 10 Præter. Si ignis ille corporeus affligit animam, hoc non est nisi in quantum apprehendit uel sentit ut nocuus: sed ex hoc aliquid nocet quod aliquid admittit, unde Aug. dicit, quod malum ideo nocet, quia admittit bonum. ignis autem corporeus nihil ab anima potest adimere. ergo eam affligere non potest. Sed dicendum. Quest. dist. S. Tho. MMM 3 dum

c. 6. circa me di. to. 3.

c. 35. a med. to. 3.

li. 3. c. 4. circa finem.

c. 24. par. 2 princ.

c. 55. aliquot. culum a pri. o. 2.

Inch. ea. 15. com. 3.

dum, quod adimit diuinæ uisionis gloriam.

¶ 11 Sed contra, pueri qui pro solo originali damnantur carent diuina uisione. Si ergo nihil aliud ignis corporeus a damnatis adimit, nõ erit maior poena eorum, qui pro peccatis actualibus puniuntur in inferno, quam puerorum qui puniuntur in limbo, quod est contra Augustinum.

Exheridion
t. 91, cap. 3.

¶ 12 Præter. Omne quod agit in alterum, imprimit in ipsum similitudinem suæ formæ per quam agit: sed ignis agit per calorem, cum ergo anima non possit calefieri, uidetur quod non possit ab igne pati.

¶ 13 Præter. Deus prior est ad miserendum, quam ad puniendum; sed per instrumenta diuinæ misericordiae, scilicet sacramenta aliquis inuoluntarius & resistens non iuuatur, præcipue si sit adultus, ergo per instrumentum diuinæ iustitiæ, quod est ignis corporeus anima inuita non recipiet poenam. Constat autem quod uoluntarie non recipit, ergo nullo modo per ignem corporeum anima puniuntur.

¶ 14 Præter. Omne quod patitur ab aliquo, aliquo modo mouetur ab eo: sed si nullam spem motus anima potest moueri ab igne corporeo, ut per inductionem patet, ergo anima non potest pati ab igne corporeo.

Aliquantulum a me. II.

¶ 15 Præter. Omne quod patitur ab aliquo communicat cum eo in materia, ut uidetur per Boetium in libro de Duabus Naturis & una persona Christi: sed anima & ignis corporeus non communicant in materia, ergo non potest pati ab igne corporeo.

SED CONTRA est, quod Lucæ 16. Diues in inferno positus secundum animam tantum dicitur, crucior in hac flamma.

¶ 2 Præter. Gregorius in 15. libro Moralium super illud Iob 20. Deurabit cum ignis qui non succenditur, sic dicitur, gehennæ ignis cum sit corporeus, & in semetipso reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succenditur, nec lignis nutritur: sed creatus semel durat inextinguibilis, & succensione nõ indiget, & ardore non caret.

¶ 3 Præter. Cassiodorus dicit in libro de Anima, quod anima a corpore separata suis sensibus efficacius audit & uidet, quam dum est in corpore: sed dum est in corpore, affligitur sentiendo ab aliquo corpore, ergo multo magis cum est a corpore separata.

¶ 4 Præter. Sicut anima est incorporea, ita & demones: sed demones patiuntur ab igne corporeo, ut patet Matthæ 25. Ite maledicti &c., ergo & anima separata.

¶ 5 Præter. Maius est animam iustificari, quam animam puniri: sed aliqua corporalia agunt in animam ad iustificationem ipsius, in quantum sunt diuinæ misericordiae instrumenta, ut patet in sacramentis ecclesiæ, ergo possunt aliqua corporalia agere in animam ad eius punitionem, in quantum sunt instrumenta diuinæ iustitiæ.

¶ 6 Præter. Ignobilis potest pati a nobiliori: sed ignis corporeus est nobilior quam anima damnata, ergo animæ damnatorum possunt pati ab igne corporeo, probatio mediæ, quodlibet ens nobilius est non ente: sed non esse est nobilius quod esse animæ damnatorum, ut patet Matthæ 26. melius erat ei si natus non fuisset homo ille, ergo quodlibet ens est nobilius anima damnata, & ita ignis corporeus.

RESPON. Dicendum, quod ad euidenciam huius questionis, & sequentium scire oportet, quid proprie sit passio. Sciendum est igitur, quod nomen passionis dupliciter sumitur, cõiter & proprie. Cõmuniter quidem dicitur passio receptio alicuius quocumque modo, & hoc sequendo significationem uocabuli, nam passio dicitur a patin Græce, quod est recipere, proprie uero dicitur passio sicut

F quod actio & passio in motu consistunt, prout aliquid recipitur in patiente per uiam motus, & quod omnis motus est inter contraria, oportet illud recipi in patiente, esse contrarium alicui quod a patiente abicitur. Secundum hoc autem quod recipitur in patiente patiens agenti assimilatur, & inde est quod proprie accepta passio agens contrariatur patienti, & omnis passio abicit a substantia, huiusmodi autem passio non est nisi secundum motum alterationis. Nam in motu locali non recipitur aliquid immobile, sed ipsum mobile recipitur in aliquo loco. In motu autem augmenti & diminutionis recipitur, uel abicitur non forma, sed aliquid substantiale, uel potest alimentum, ad cuius additionem, uel subtractionem sequitur quantitas magnitudo, uel paruitas. In generatione autem & corruptione non est motus nec contrarietas, uel alterationis præcedentis, & sic secundum motum alterationem est proprie passio, secundum quam unam formam contraria recipitur, & alia expellitur.

Quia ergo actio proprie accepta, est cum quadam abiectione, prout patiens a pristina qualitate immutatur in contrarium, ampliat nomen passionis sicut in usu loquentium, ut qualitercumque aliquid impediatur ab eo quod sibi competit, potest dici passio: sicut si dicamus graue pati ex hoc quod prohibetur, ne deorsum moueatur, & hominibus si prohibeatur suam facere uoluntatem. Passio igitur primo modo accepta inuenitur in anima & in qualibet creatura, eo quod omnis creatura habet aliquid potentialitatis admissum, ratione cuius omnis creatura subsistens est alicuius receptio passio, uero secundo modo accepta non inuenitur nisi ubi est motus & contrarietas: motus autem non inuenitur nisi in corporibus, & contrarietas terminum uel qualitatum in solis generalibus, & contrarietibus. Unde sola huiusmodi propria passio potest pati non potest: & si etiam aliquid recipitur, non hoc fit per transmutationem a contrario in contrarium, sed per simplicem agentis influxum, sicut illuminatur a sole. Tertio uero modo, quo transumptio transumptiue sumitur, anima potest pati in modo, quo eius operatio potest impedi.

Quia ergo attendentes passionem in anima proprie acceptam non posse, dixerunt omnia, que dicuntur in scripturis de poenis corporalibus, damnantorum in inferno, non esse metaphoricæ, ut si per huiusmodi corporales penas apud nos notas significarentur afflictiones spirituales, quibus spiritus damnati puniuntur, & e contrario per corporales delectationes representatas in scripturis intelligimus spirituales delectationes beatorum, & huiusmodi opinionis uidetur esse Origenes & Algazel: sed quia resurrectionem credentes non solum credimus futuram esse, sed etiam spirituum, sed corporum: corpora uero pati non possunt nisi corporali poena, eadem poena horribilibus post resurrectionem, & spiritibus debentur, ut patet Matthæ 25. ubi dicitur, Ite maledicti in ignem, &c. id oportet dicere, ut Augustinus probat, & de uisibili Dei, ipsos spiritus poenis corporalibus & poena damnatorum: quia beati sublimantur in id, quod coram matris excedit. Unde beatificanti per fructum diuinum, & corporalis tormentis puniuntur, & id alii dixerunt, quod corporalis tormentis puniuntur, & id alii dixerunt, quod anima separata afficeretur quidem alicuiusmodi poenis corporalibus, tamen corporalibus similibus. Quibus similes sunt illæ poenæ per quas affliguntur damnati.

I sionis transumptiue sumitur, anima potest pati in modo, quo eius operatio potest impedi.

K

tes. & hoc modo vñ sensisse Aug. 12. super Gene ad
 literam. & Avicen. sed hoc esse non potest. nam hu
 iusmodi similitudines corpori nō possunt esse in
 telligibiles: quia illæ sunt uniuersales, ex quorū cō
 sideratione affectio aīa non infertur: sed magis io
 cunditas in cōsideratione ueritatis. Vnde oportet
 quod intelligatur de similitudinibus imaginarijs, q̄
 quidē esse non possunt nisi in organo corporali, ut
 a philo. probatur. Quod quidem & aīa separata &
 spiritibus demonum deest. Vnde alij dicunt, qd ab
 ipsis corporibus aīa separata paritur. Quod quidē
 qualiter esse possit a diuersis diuersimode assignat.
 Quidam n. dicūt, quod aīa separata suis sensibus uti
 tur: vnde ignem corporeum sentiendo ab igne pun
 nitur. & hoc est quod Greg. in 4. Dial. dicere vñ, qd
 ignem eo ipso patitur anima quo videt: sed istud nō
 vñ verum. Primo quidem, quia actus sensitiuarum
 potentiarum esse non possunt, nisi mediātibz or
 ganis corporalibus, alias aīa sensibiles brutorum
 essent incorruptibiles, ut pote per se suas potentes
 habere operationes. Secūdo, quia dato quod senti
 rent aīa separata, non tñ possent a sensibilibz affli
 gi nam sensibile est perfectio sentientis in quantum
 hōi, sicut & intelligibile intelligentis. Vnde aliq̄
 sensuum vel intellectum non infert dolorem vel
 tristitiam, in quantum hōi: sed in quantum est no
 cium, uel apprehenditur ut nocium. Vnde oportet
 inuenire modū, quo ignis animæ separata pos
 sit esse nocuus. Nec potest esse quod quidā dicūt,
 quod quāuis ignis ille corporeus non possit esse
 spiritui nocuus, potest tamen apprehendi ut noci
 uus, quod uideretur consonum ei, quod Greg. dicit
 in 4. dial. quia cremari se inspicit diabolus cremat.
 Non enim est probabile quod demones, qui acui
 mine sensus vigēt, multo melius suam naturam &
 ignis corporalis non cognoscant quam nos. ut fal
 so credāt ignem corporeum sibi posse nocere. Vn
 de dicendum, quod vere & non solum secundū ap
 parētiam ab igne corporeo affliguntur. & hoc est,
 quod Greg. dicit in 4. dial. Colligere ex dictis euan
 gelicis possumus, quod incendium aīa non solum
 uidendo, sed et̄ experiendo patitur. Cuius quidem
 modum aliqui hoc modo assignant dicentes, ignē
 corporeum ut est instrumentum diuinae iustitiæ in
 animā agere posse: quāuis hoc fm naturam non
 possit. Multa enim sunt quæ ad aliquid efficiēdum,
 non sufficiūt ex propria natura, quod efficere pos
 sunt ut sunt instrumenta alterius agentis: sicut ignis
 elementaris non sufficit ad generationē carnis, nisi
 ut instrumentū uirtutis nutritiæ. sed hoc sufficiens
 non vñ. nam instrumentum non agit illam actionē,
 quæ propriam naturam excedit: nisi exercendo ali
 quam connaturalem, ut in obijciendo dictum est.
 Vnde oportet inuenire aliquē modum, per quem
 aīa qualiter naturaliter patiat aīa ab igne corporeo.
 Quod quidem hoc modo intelligi pot. Substantiā
 enim corporeā corpori uniri cōtingit dupliciter,
 uno modo ut forma, in quantum uiuificat corpus:
 alio modo, ut motorem mobilū, uel locatum loco
 per aliquam operationem, siue per aliquam habitu
 dinē. Quia uero forma & eius, cuius est forma, est
 unum esse, unio substantiæ spiritualis ad corporalē
 p modum formæ, est unio quātum ad esse. Nullius
 aut rei esse est suæ potestati subiectū. & ideo nō est
 in potestate substantiæ spiritualis uniri corpori, uel
 ab eo separari p modū formæ: sed hoc lege naturæ
 agit, uel uirtute diuina: sed quia operatio rei est in

A potestate operātis uoluntarie, ideo in potestate na
 turæ spiritualis est uniri corpori per modum moto
 ris, aut locati, & separari ab eo secundum ordinem
 naturæ: sed quod substantia spiritualis hoc modo
 corporali uniri ab ea detineatur & impediatur, &
 quasi ligerur est supra naturam. Ignis ergo ille cor
 poreus agens, ut instrm diuinae iustitiæ facit aliquid
 supra uirtutem naturæ. scilicet animam detinere, uel liga
 re: sed ipsa unio per modum prædictum est natura
 lis, & sic patitur anima ab igne corporeo illo tertio
 modo supradicto, prout dicimus pati omne id, qd
 impeditur a propria actione, uel ab alio sibi compe
 tenti. & hunc modū passionis Aug. ponit in 21. lib.
 de ciuit. Dei, sic dicens. Cur non dicamus, quāuis
 miris tñ ueris modis etiā spiritus incorporeos pos
 se poena corporalis ignis affligi, si spiritus hominū
 etiam ipsi profecto incorporei, & nunc potuerint
 includi corporalibus mēbris, & tunc poterunt cor
 porū suorum uinculis insolubilit̄ alligari? Adhæ
 rebunt ergo incorporei spiritus demonum corpo
 reis ignibus cruciadi, non ut ignes ipsi, quibus adhæ
 rebunt eorū iunctura insp̄rentur & animalia fiant:
 sed miris & ineffabilibus adherendo accipientes ex
 ignibus poenam, non dantes ignibus uirtū. hunc mo
 dū Greg. ponit in 4. Dial. sic dicens. dum ueritas pec
 catorē diuīe damnatū in igne perhibet, quisnam
 sapiens reprobōrū animas teneri ignibus neget?
B **AD PRIMUM** ergo dicendum, quod agens non
 oportet simpliciter esse præstantius patiente: sed se
 cundum quod est agens. & sic ignis in quantum agit
 in animam, ut instrumentum diuinae iustitiæ, est ani
 ma præstantior, quāuis non simpliciter.
AD SECUNDUM dicendum, quod in illa passione, &
 actione est aliquid naturale, ut dictum est.
AD TERTIUM dicendum, qd obiectio illa pcedit
 de passione secundo modo dicta, quæ est per for
 marū contrarietate. m. & hoc tibi esse non potest.
AD QUARTUM dicendum, qd Aug. circa hoc 12. su
 per Gen. ad literam, nihil expresse determinat: sed
 loq̄ inquirendo p modū dubitationis. Vñ nō dicit
 absolute, qd ea quibus animæ separata affliguntur,
 nō sunt corporalia sed similia corporalibus: sed lo
 quitur sub conditione. scilicet si essent hōi, tñ eis
 possent aīa affici, uel a letitia, uel a tristitia: & simi
 liter quod dicit, qd ad corporalia loca non ferī, nisi
 cum alio corpore, sub dīstīctōne dicit adiungens,
 uel non localiter. scilicet per cōmensurationem ad locū.
AD QUINTUM dicendum, quod in poena animæ
 separata duo est considerare, scilicet affligens primum, &
 proximum. affligens primum est ipse ignis corpo
 ralis, detinens animam per modum prædictum: sed
 hoc tristitiam animæ non ingereret, nisi hoc esset
 ab anima apprehensum. Vnde proximum affligens
 est ignis ipse detinens apprehensus, & iste ignis non
 est materialis: sed spiritualis. & sic potest verificari di
 ctum Damasc. Vel potest dici, quod dicit cum non
 materialiter agendo, sicut punit animam mate
 rialiter agendo, sicut punit corpora.
AD SEXTUM dicendum, quod ille ignis appren
 ditur, ut nocuus in quantum est detinens, uel ligans,
 & sic eius uisio potest esse afflictina.
AD SEPTIMUM dicendum, qd spiritualis ad corpora
 le nō est quidē pportio pportione accepta,
 secūdum determinatam habitudinem quāritatis ad
 quantitatem, uel dimensionē ad dimensionem, uel uir
 tualis ad uirtuale: sicut duo corpora adinueniē sunt
 proportionata fm dimensionē, & uirtutē. uirtus. n.
 Quæst. disp. S. Tho. MMM 4 spi.

Ca. 10. 10. 5.

Cap. 19. in 6.

In arg. 2.

Loco citate argum.

spiritualis substantiæ nō est eiusdem generis cū virtute corporali: large tñ accepta proportione p qua libet habitudine, sic est aliqua proportio spiritualis ad corporale, p quā spirituale naturaliter agere pōt in corporale, quis nō eōuerfo, nisi diuina virtute.

AD OCTAVVM dicendū, quod instrū agit actionē instrumentalem, in quantum est motum ab agente principali, per quem motum participat aliquo modo virtutem agentis principalis, non ita quod virtus illa sit in instrū secundum esse perfectum; quia motus est actus imperfectus. Obiectio autem procedit, ac si aliqua virtus perfecta in instrūto acquireretur ad agendum actionem instrumentalem.

AD NONVM dicendū, qd aīa peccatrix simpliciter nobilior est qualibet virtute corporali secundū suā naturā: sed fm culpā efficit indignior igne corporali, nō simpliciter, sed vt est instrū diuinæ iustitiæ.

AD X. dicendū, quod ignis ille nocet animæ, non ita quod adimat ei aliquam formam absolute inhærentem, sed in quantum eius substantiæ actionem impedit, vt dictum est, ipsam detinendo.

In solut. ad 5. & 6. arg.

AD XI. dicendū, qd in pueris pp defectum gratiæ est sola carentia diuinæ visionis sine aliquo cōtrario impediēte actiue: sed damnati in inferno nō solum priuantur diuina visione pp defectum gratiæ, sed etiam impediuntur quasi per cōtrariū, ex hoc quod circa penas corporales occupantur.

In corp. art.

AD XII. dicendū, qd anima nō patitur ab igne quasi alterata ab eo, sed per modum prædictum.

AD XIII. dicendū, qd voluntarium est de ratione iustitiæ, non autem de rōne pœnæ, sed magis cōtra pœnæ rōnem. & ideo nō instrumenta diuinæ misericordie quæ sunt ad iustificandam, in animam renitentem agunt: sed instrumenta diuinæ iustitiæ, quæ sunt ad puniendum animam renitentem, agunt.

AD XIII. dicendū, quod obiectio illa procedit de passione proprie dicta, quæ in motu consistit, de qua nunc non loquimur.

AD XV. dicendū, quod ad hoc quod sit passio proprie loquendo, oportet quod aliquid habeat naturam contrarietati subiectam, vt dictum est: & ad hoc quod sit mutua passio, oportet quod sit materia cōis. Tñ aliquid potest pati ab altero cum quo non cōmunicat in materia sicut corpora inferiora a sole, & aliqd potest aliquo modo pati, quod nullo modo habet materiam, sicut ex prædictis patet.

In corp. art.

QVIA vero obiectio illa procedit aliquo modo, tamen non vere, ad eas per ordinem respondendum est.

Cap. 10. s. 2. mcd.

AD PRIMVM ergo dicendū est, quod illam probationem Aug. ostendit esse inualidam 21. de ciuit. Dei, dicens quidem sic arduos sine vilo suo corpore spiritus, sicut ardebat apud inferos ille diues qñ dicebat, Crucior in hac flamma: nisi conuenienter responderi cererem talem fuisse illam flammam quales oculos quos leuauit, & Lazarum vidit, qualis lingua cui humorem exiguum desiderauit in fundi, qualis digitus Lazari, quo id fieri pustulauit: vbi tamen erant sine corporibus animæ. Sic ergo incorporealis & illa flamma ex qua exarsit, potest intellegi: & sic patet quod illa auctoritas non est efficax ad probandum propositum, nisi aliud addatur.

AD SECVNDVM dicendū, quod ignis inferni corporaliter vrit substantias incorporeas ex parte agentis, non autē ex parte patientis: sed hoc modo corporaliter vrit corpora damnatorum.

AD TERTIVM dicendū, qd verbū Cassiodori nō videtur habere veritatem, si de sensibus exterioribus loquatur, tamen ad hoc quod verificetur, oportet intelligi de sensibus interioribus spiritualibus.

AD QVARTVM dicendū, qd ad illam auctoritatem posset responderi, quod est ignis spiritualis, nisi pro tanto quia corpora damnatorum eo puniri non possent. Vnde ista ratio, sufficere probat propositum, & similiter sequens quæ procedit ex similitudine.

AD VLTIMUM dicendū, qd anima damnata in quantum est natura quædam, est melior non entesed in quantum est subiecta miserie & culpa, intelligitur uerbum Domini, quod esset ei melius non esse.

ARTICVLVS II.
Primum anima corpori coniuncta patitur.

SECUNDO queritur, quomodo anima coniuncta corpori patitur, & videtur quod non potest pati per accidens, ut enim dicitur in lib. de Spiritu & Anima, propter amicitiam corporis & anime anima corpori coniuncta non potest esse libera & non potest interire. Potest tamen timere interitum timere autem est quoddam pati, ergo secundum se ipsam anima patitur corpori coniuncta, quia secundum se ei competit, vt interire non possit.

¶ 2. Præter. Omne quod dat alteri perfectionem, est eo præstantius: sed corpus dat animæ perfectionem, nam anima vnitur corpori ad hoc quod ibi concietur, ergo corpus est præstantius animæ & magis.

¶ 3. Præter. Anima mouetur secundum locum per accidens: quia per accidens est in loco, quod corpus per se, sed forma vel qualitas quæ non mouetur per se, non videtur in esse anime per accidens, cum ergo passio sit secundum formam vel qualitatem, quia est secundum motum alterationis videtur quod anima in corpore nō possit pati per accidens.

¶ 4. Præter. Moueri per accidens distinguitur contra moueri secundum partem, ut patet in 5. Physicorum anima est pars compositi quod per se mouetur, ut patet in 1. de Anima, ergo non debet dici moueri per accidens: sed sicut pars ad motum totus.

¶ 5. Præter. Illud, quod est per se, prius est eo quod est per accidens: sed in passionibus anima prius est, quod est ex parte anime, quam quod est ex parte corporis: quia ex apprehensione & appetitu anime tractatur corpus, ut patet in ira, timore, & alijs huiusmodi, ergo non est dicendum, qd istis passionibus anima patitur per accidens & corpus per se.

¶ 6. Præter. In vnoquoque principalis est id, quod est materiale in ipso quod est materiale in eo: sed in passionibus anime quod est ex parte anime formale est, quod est ex parte corporis, materiale: hæc n. est formalis definitio ira, ira est appetitus in vindictā hæc uero materialis, ira est accessio sanguinis circa cor, ergo in hmoi passionibus principalis est quod est ex parte anime, quod est ex parte corporis, & sic idē quod prius.

¶ 7. Præter. Sicut gaudiū & tristitia & hmoi passionibus anime non infunt anime sine corpore, ita nec interire: sed non dicitur quod anima sentiat per accidens, ergo nec debet dici quod anima per accidens patitur.

SED CONTRA, Passio motus quidam est secundum alterationem, ut dictum est, proprie accipendo passionem: sed anima non alteratur nisi per accidens, ergo nec patitur, nisi per accidens.

¶ 2. Præter. Virtutes anime nō sunt perfectiores, quā ipsa anime substantia: sed fm Phil. in 1. de Anima, virtutes anime senescunt per se: sed solum pp defectum corporis, ergo nec anima patitur per se, sed solum per accidens.

¶ 3. Præter.

¶ 4. Præter.

¶ 5. Præter.

¶ 6. Præter.

¶ 7. Præter.

¶ 8. Præter.

¶ 9. Præter.

¶ 10. Præter.

¶ 11. Præter.

¶ 12. Præter.

¶ 3. Præ. Omne quod per se mouetur est diuisibile, vt probatur in 7. Phis. sed anima est indiuisibilis. ergo non per se mouetur, & ita nec per se patitur.

RESPON. Dicendum, qd proprie accipiendo passio nem, impossibile est aliquid incorporeum pati, vt supra dictum est. Illud ergo, quod per se patitur passione, propria, corpus est. si ergo passio proprie dicta aliquo modo, ad aiam pertineat, hoc nō est, nisi fm quod vnitur corpori, & ita per accidens, vnitur autem corpori dupliciter. Vno modo, vt forma, inquantū dat esse corpori viuificās ipsū. Alio modo vt motor, inquantum per corpus suas operationes exercet. Et vtroq; modo aia patitur p accidēs, sed diuersimode: nā id quod est cōpositum ex materia, & forma, sicut agit rōne formā, ita patitur rōne materiæ. Et ideo passio incipit a materiā, & quodāmodo per accidēs pertinet ad formā. Sed passio patientis deriuatur ab agente, eo quod passio est effectus actionis, dupliciter ergo passio corporis attribuitur animæ per accidens. Vno modo, ita qd passio incipiat a corpore, & terminetur in aia fm, quod vnitur corpori, ut forma, & hæc est quædam passio corporalis: sicut cū læditur corpus debilitat vnio corporis cum aia, & sic per accidens ipsa aia patitur, quæ fm suum esse corpori vnitur. Alio modo, ita, quod incipiat ab aia inquantū est corporis motor, & terminatur in corpus, & hæc dicitur passio animalis: sicut patet in ira, & timore, & alijs hmoi, nam huiusmodi per apprehensionem, & appetitum animæ peraguntur, ad quæ sequitur corporis transmutatio, sicut transmutatio mobilis sequitur ex operatione motoris secundum omnem modum, quo mobile disponitur ad obediendum motiōi motoris. Et sic corpore transmutato per alterationem aliquam, ipsa anima pati dicitur per accidens.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd aia non timet interitum, vt ipsa fm se intreat: sed timet interitum coniuñcti per separationem sui a corpore. Et si sui ipsius interitum timeat, hoc non est, nisi inquantū dubitatur, an ad corruptionem corporis anima p accidens corrumpatur. vnde nec ipse interitus animæ potest conuenire per se, nec ipsa passio timoris sine coniunctione corporis ei conuenit.

AD SECVNDVM dicendum, qd aia quauis perficiatur in corpore, non tñ perficitur a corpore, vt Aug. pbat 12. super Gene. ad literam: sed vel a Deo perficitur, vel ipsa seipsam perficit cū adminiculo corporis obsequentis, sicut virtute intellectus agentis perficatur intellectus possibilis adminiculo phantasmatum, quæ per ipsum sunt intelligibilia actū.

AD TERTIVM dicendum, qd quamuis qualitas corporis animæ nullo modo conueniat, tamen esse coniuñcti est commune animæ, & corpori, & simili operatio. vnde passio corporis per accidens redundat in animam.

AD QVARTVM dicendum, qd passio non accidit coniuncto ex corpore, & anima, nisi ratione corporis. Vnde anima non accidit, nisi per accidens. Ratio autem procedit, ac si passio conueniret toti ratione totius, & non ratione alterius partis.

AD QVINTVM dicendum, qd ira, & similitur qlibet passio anime, dupliciter pot cōsiderari. Vno modo fm propriam rationem iræ, & sic per prius est in aia quam in corpore. Alio modo inquantum est passio, & sic per prius est in corpore: ibi. n. primo accipit rōnem passionis. Et ideo nō dicimus, quod anima irascatur p accidens, sed quod p accidēs pa-

tiatur, & per hoc patet solutio ad sextum. AD SEPTIMVM dicendum, quod anima non dicitur sentire per accidēs, eadem ratione qua nec gaudere, quamuis dicatur per accidens pati.

ARTICVLVS III.

Verum passio sit tantum in appetitiua sensitua.

TERTIO quaeritur, utrum passio sit tantum in appetitiua sensitua. Et videtur quod nō. Christus enim secundum totam animam patiebatur, vt patet per illud Plā. 74. Repleta est malis anima mea, quod de passionibus exponit glos. totalitas autem animæ ad potentias pertinet. ergo in qualibet potentia aia pot esse passio, & ita non tñ in appetitiua sensitua.

¶ 2. Præ. Ois motus, uel operatio quæ conuenit aie præter corpus, secundum seipsam est partis intellectiue, nō sensituiæ: sed sicut dicit Aug. 13. de Ci. Dei, non ex carne tantum afficitur anima, ut cupiat, metuar, lætetur, cognoscat, verum etiam ex seipsa his potest motibus agitari. ergo huiusmodi passiones non sunt tantum in parte appetitiua sensitua.

¶ 3. Præ. Voluntas est partis intellectiue, ut dicitur in 3. de Anima. sed sicut dicit Aug. 14. de Ciui. Dei, voluntas est proprie in omnibus, timore scilicet lætitia & huiusmodi, immo omnes nihil aliud quam voluntates sunt, nam quid est cupiditas & lætitia nisi voluntas in eorum consensione quæ uolumus? & quid est metus atque tristitia nisi uoluntas in disensione ab his, quæ uolumus? ergo huiusmodi passiones sunt in parte intellectiua.

¶ 4. Præ. Eiusdem potentie nō est agere & pati: sed sensus uidetur esse potentia actiua, nam Basiliscus uidento dī interficere, mulier menstruata uidendo, insicit speculum, ut patet in lib. de somno & vig. ergo in parte sensitua non est posita anime passio.

¶ 5. Præ. Potentia actiua est nobilior quam passiuua: sed potētie uegetatiue sunt actiua, quibus nobiliores sunt potentie sensituiæ: ergo sensituiæ sunt actiua, & sic idem quod prius.

¶ 6. Præ. Potentie rationales sunt ad opposita secundum Philosophum, delectationi autem opponitur tristitia. cum ergo in parte intellectiua sit proprie delectatio, ut patet in 7. & 10. Eth. uidetur quod sit ibi tristitia, & sic passiones possunt esse in parte intellectiua. Sed diceretur, quod uerbum Philosophi intelligitur de oppositis actibus.

¶ 7. SED CONTRA, Scientia & ignorantia, quæ sunt opposita sunt in parte animæ intellectiua, & tamen non sunt actus. ergo uerbum Philosophi non tantum de actibus est intelligendum.

¶ 8. Præ. Secundum Philosophum in 2. Phis. Idem per sui absentiam & presentiam est causa cōtrariorum, sicut gubernator salutis, & submersiōis nauis: sed intelligibile præsens facit delectationem in parte intellectiua. ergo intelligibile absens facit tristitiam in eadem, & sic idem quod prius.

¶ 9. Præ. Damasc. dicit in 2. lib. quod dolor non est passio, sed passionis sensus. ergo est in sensitua uirtute & non in appetitiua: & eadem ratione delectatio, & alia quæ dicuntur animæ passiones.

¶ 10. Præ. Secundum Damasc. in 2. lib. & Philosophū in 2. Eth. passio est, ad quam consequitur gaudium & tristitia. ergo passiones aie præcedunt gaudium, & tristitia: sed gaudium, & tristitia sunt in appetitiua. ergo passiones animæ sunt in ea parte, q præcedit ap-

C6.10.2.

Art. p. recel. in corp. 115. arg.

Art. 10.3.

1. p. q. 22. ar. 3.

Gloss. inter linearis ibi. ex Aug.

14. cap. 5. in fine tom. 5.

Tex. 42. r. 2. Ca. 6. tom. 5.

Ca. 18. ante med. ca. 3.

9. mesa. c. 3. tom. 3.

Li. 2. Eth. c. 5. paulo a prin. tom. 5.

C6. 1. tom. 2.

Ca. 22. par. 8. prin.

ca. 22. 2. Eth. ca. 5. tom. 5.

dit appetituum. ergo passiones animæ sunt in parte apprehensiva, quæ appetituum præcedit.

¶ 11 Præt. Sicur in operationibus appetituum sensitivæ transmutatur corpus: ita in operationibus sensitivæ apprehensivæ. ergo passio non est tantum in appetituum, sed in apprehensivam.

¶ 12 Præt. Passio proprie loquendo est per abiectionem alicuius, & receptionem contrarij: sed hoc accidit in parte intellectiva: nam abiectionis culpa & recipi gratia, abiectionis habitus luxuria, & induci habitus castitatis. ergo in parte superiori animæ proprie est passio.

¶ 13 Præt. motus appetitivæ sensitivæ sequitur apprehensionem sensus: sed aliquando huiusmodi passiones animæ excitantur in nobis ex aliquibus objectis, quæ a sensu apprehendi non possunt, sicut verecundia de turpi actu, timor de furto. ergo huiusmodi non possunt esse in parte appetitiva sensitiva, & sic relinquunt quod sint in parte appetitiva rationali scilicet in voluntate.

¶ 14 Præt. Inter alias passiones animæ ponitur spes, sed spes est in parte animæ intellectiva, quia sancti patres in limbo existentes spem habebant: motus autem partis sensitivæ non remanet in anima separata. ergo passiones sunt in parte animæ intellectiva.

¶ 15 Præt. Imago est in parte intellectiva: sed secundum potentias imaginis, anima patitur: quia potentia imaginis, quæ nunc perficitur gratia, in statu gloriæ perficeretur fruitionis gloria. ergo passio non est tantum in parte animæ appetitiva sensitiva.

¶ 16 Præt. Secundum Damascenum passio est motus ex alio in aliud: sed intellectus movetur de alio in aliud procedendo de principijs in conclusiones. ergo in intellectu est passio, & sic idem quod prius.

¶ 17 Præt. Philosophus in 3. de Anima dicit, quod intelligere est pati quoddam: sed intelligere est in intellectu. ergo in intellectu est passio.

¶ 18 Præt. Dionysius dicit de Ierotheo. 2. cap. de Divini nomi. quod patiens divina didicit divina: sed pati divina non poterat secundum partem sensitivam, quæ non est divinum capax. ergo passio non est tantum in parte sensitiva, & ita non est solum in appetitu sensitivo.

SED CONTRA est, quod Damascenus dicit in 2. li. Passio est motus appetitivæ virtutis in imaginatione boni vel mali, & iterum passio est motus irrationalis animæ, per susceptiones boni vel mali. ergo passio est tantum in parte appetitiva irrationali.

¶ 2 Præt. Passio proprie loquendo est secundum motum alterationis, ut dictum est: sed alteratio non est nisi in parte animæ sensitiva, ut probatur in 7. Physi. ergo passio non est nisi in parte sensitiva.

RESPON. Dicendum, quod passio proprie loquendo, non est nisi in appetitiva sensitiva, ut ex duabus definitionibus passionis a Damasceno & Gregorio Niseno positis apparet. quod sic patet. Dicit enim passio tripliciter, ut dictum est. Vno modo communiter, secundum quod omne recipere est pati. Et sic passio non est in qua libet parte animæ, nec tamen solum in appetitiva sensitiva: hoc enim modo accipiendo passionem dicitur Commemoran. in li. de Anima, quod vires animæ vegetabilis omnes sunt activæ, vires autem rationalis partim activæ propter intellectum agerem, & partim passivæ propter intellectum possibilem. hic autem modus passionis quamvis conveniat potentis apprehensivæ & appetitivæ, magis tamen competit appetitivæ: quia cum operatio apprehensivæ sit in se apprehensam secundum quod est in apprehendente, operatio autem appetitivæ sit ad rem secundum quod est in seipsa, quod recipit in ap-

prehensivam, minus habet de proprietate rei apprehensivæ, quæ id quod recipitur in appetitiva de ratione appetibilis. unde verum quod perficitur intelligentia est in mente: bonum vero, quod perficitur appetitiva, est in rebus, ut dicitur in 6. Meta. Alio modo dicitur passio proprie, quæ consistit in abiectione unius contrarij, & alterius receptione per viam transmutationis. Et hic modus passionis animæ convenire non potest, nisi ex corpore, & hoc dupliciter. Vno modo secundum quod vivitur corpori, ut forma, & sic convenit corpori patienti passione corporali. Alio modo prout vivitur ei, ut motor, & sic ex operatione anime transmutatio fit in corpore, quæ quidem passio dicitur animalis, ut supra dictum est. passio igitur corporalis prædicta pertingit ad potentias secundas, quod in essentia anime radicatur, eo quod anima secundum essentiam suam est forma corporis, & sic ad essentiam animæ pertinet: potest tamen hæc passio attribui alicui potentie tripliciter. Vno modo secundum quod in essentia anime radicatur, & sic cum omnes potentie radicentur in essentia anime, ad omnes potentias pertinet prædicta passio. Alio modo secundum quod ex læsione corporis potentiarum actus impediuntur, & sic prædicta passio pertinet ad omnes potentias videntes organos corporales, quarum omnium actus impediuntur læsione organo, sed indirecte. Et hoc modo pertinet etiam ad potentias organorum corporales non videntes, sicut intellectus, in quantum accipiunt a potentis organo videntibus. Unde committitur, quod læsio organo virtutis imaginativæ, motus operatio impeditur per hoc, quod intellectus indiget phantasmatibus in sua operatione. Tertio modo pertinet ad aliquam potentiam, ut apprehendit eam ipsam, & sic proprie pertinet ad sensum tactus.

Nam tactus est sensus eorum, ex quibus componitur animal, & similiter eorum, per quæ animal concipitur. Passio vero animalis, cum per eam et operatione animæ transmutetur corpus, in illa potentia esse debet, quæ organo corporali adiungitur, & corpus est corpus transmutare: & ideo huiusmodi passio non est in parte intellectiva, quæ non est alicuius organi corporalis actus, nec iterum est in apprehensiva sensitiva: quia ex apprehensione sensus non sequitur motus in corpore, nisi mediante appetitiva, quæ est immediatum movens. Unde secundum modum operationis eius statim disponitur organum corporale scilicet cor, unde est principium motus, tali dispositione, quæ competit ad exequendum hoc, in quo appetitus sensibilis inclinatur. Unde in ira ferretur, & in timore quodammodo frigidetur, & constringitur. Et sic in appetitiva sensitiva sola animalis passio proprie invenitur. Vires enim animæ vegetabilis, quibus organo videntur, constat quæ non sunt passivæ activæ: Passio autem magis proprie appetitivæ potentie competit, quæ apprehensivæ, ut in principio dictum est. Et hæc est una ratio, quare magis proprie appetitiva sensitiva passionis subiectum est quam sensitiva apprehensiva: sicut & ipsa affectiva superior magis accedit ad propriam rationem passionis, quam intellectiva. Tertio vero modo passio dicebat transmutari, sicut quod aliquid qualitercunque impeditur ad eum quod est sibi conveniens. Hoc modo potentie animæ patiuntur, sicut a proprijs actibus impediuntur, quod quidem aequaliter in omnibus potentis anime contingit, ut dictum est. Nunc autem loquimur de passione animali proprie dicta, quæ ut ostensum est, in sola appetitiva sensitiva invenitur.

3. de Anima cō. 12. tom. 2.

Par. 1. in fine illius.

Cap. 22. non procul a p.

Artic. 1.

Cō. 20. & præc. tom. 2.

Li. 2. cap. 22.

Art. 1. huius quærit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod anima Christi tota patiebatur passione corporali, & sic ad oēs potencias passio illa pertinebat, ad minus prout in essentia anime radicantur: nō autem ita quod passio animalis in qualibet potentia anime eius esset, sicut in proprio subiecto.

AD II. Dicendum, quod Aug. loquitur contra quosdam Platonicos, qui dicebant omnium istarum passionum principium esse ex carne. Aug. autē ostendit, quod si caro in nullo esset corrupta, posset esse harum passionum principium ex anima. Et iō non dicit, quod sine carne huiusmodi passiones perficerentur: sed quod non ex carne tantum anima his passionibus afficitur.

AD III. Dicendum, quod Aug. vel nomen voluntatis large accipit pro quolibet appetitu, vel timorem, vel gaudium & alia huiusmodi: accipit, p actibus voluntatis, similibus passionibus in appetitu sensu uoluntatis. Est enim ut in questione de sensualitate dictum est, & in ipsa uoluntate quodammodo gaudium, & tristitia & alia huiusmodi: sed non ita quod sint passiones proprie loquēdo. Vel potest dici, quod has passiones Aug. uoluntates nominat, in quantum ex actu uoluntatis homo in has passiones inducitur secundum quod appetitus inferior sequitur inclinationem appetitus superioris, ut in questione de sensualitate dictū est. Unde ipse Aug. postea subiungit, sicut allicitur, vel offenditur uoluntas hominis; ita in nos, vel illos affectus mutatur & uertitur.

AD IIII. Dicendum, quod sensus nō est uirtus actiua, sed passiuā. Non enim dicitur uirtus actiua, q̄ hēt aliquem habitum qui est opatio, sicut enim omnis potentia anime actiua esset; sed dicitur potentia aliqua actiua quæ comparatur ad suum obiectum, sicut agens ad patiens: sensus autem comparatur ad sensibile sicut patiens ad agens; eo quod sensibile transmutat sensum: quod autem sensibile aliqui a sensu transmutetur, hoc est per accidens, in quantum ipsum organum sensus habet aliquam qualitatem per quam natum est immutari alicuius corpus. unde in defectu illa qua mulier menstruata speculum inficit, vel qua Basiliscus hominem uidentem interficit, nihil consistit ad uisionem: sed uisio perficitur per hoc quod species uisibilis recipitur in visu, quod est quoddam pati. Unde sensus potentia passiuā est. Dato etiam quod sensus aliquid ageret actiue, nō ex hoc sequeretur, quod in sensu nulla passio esse possit. Nihil enim prohibet respectu diuersorum idē esse actiuum & passiuū. dato iterū quod sensus qui nominat uim apprehensiuā, nullius passionis esset capax, non propter hoc excluderetur, qm̄ in appetitiua sensibili passio esse possit.

AD V. Dicendum, quod quamuis actiuum simpliciter sit passiuo nobilior respectu eiusdem; nihil tamen prohibet aliquod passiuum actiuo nobilior esse, in quantum passiuum nobiliori passione patitur, quam sit actio qua actiuum agit, sicut passio a qua intellectus possibilis dicitur passiuā potentia. Et est sensus recipiendo aliquid immaterialiter est nobilior actione, qua potentia vegetatiua agit materialiter, i. mediantibus qualitatibus elementaribus.

AD VI. Dicendum, quod illi delectationi, quæ est in parte intellectiua per coniunctionem intelligibilis conuenientis, nō est aliquod contrarium: quia oportet quod illi intelligibili conuenienti aliquod contrarium foret, quod causa cōtrari esset: hoc autem esse non potest, eo quod intelligibili speciei nihil est contrarium: species enim contrario-

rum in anima contrarie non sunt, ut 10. Meta. dicitur. Unde homo delectatur non solum de hoc, quod intelligit bona: sed de hoc quod intelligit mala in quantum intelligit. Ipsum enim intelligere mala bonum est intellectui. Et sic delectatio intellectiua contrarium nō habet: dicitur tamen tristitia vel dolor in parte intellectiua autē esse communiter loquendo, in quantum intellectus intelligit aliquid homini nociuum, cui uoluntas repugnat. Quia tamen illud nociuum non est nociuum intellectui, in quantum est intelligens, ideo illa tristitia, vel dolor non contrariatur delectationi intellectus, quæ est secundum id quod est conueniens intellectui in quantum intelligit.

AD VII. Dicendum, quod potentia rationalis se habet ad contraria aliquo modo sibi proprio, & aliquo modo cōi sibi & omnibus aliis. Quod enim potentia rationalis sit subiectum contrariorum accidentium, hoc sibi & aliis cōe est, quia omnium contrariorum idem est subiectum: sed quod se habeat ad contrarias actiones, illud est sibi proprium, naturales enim potētiæ sunt determinate ad unum. Et sic loquitur philosophus, quod rationales potētiæ sunt ad opposita.

AD VIII. Dicendum, quod absentia gubernatoris non est causa submerisionis nauis, nisi per accidens, in quantum scilicet remouet gubernatoris prouidentiam, per quam nauis submersio prohibebatur. Et similiter intelligibilis remotio, vel absentia non est causa tristitiæ: sed non delectandi. Effectus enim proportionantur secundum proportionem causarum, unde intelligere & non intelligere, quæ contradictorie opponuntur, sunt causa delectandi & non delectandi, quæ similiter sunt contradictoria, non autē delectandi & tristandi, quæ sunt contraria. Si autem accipiat id, quod est cōtrarium intelligentiæ ueritatis scilicet error, non potest esse causa tristitiæ: quia vel error estimatur esse ueritas, & sic error delectat sicut & ueritas: vel cognoscitur esse error, quod non est nisi cognoscendo ueritatē, & sic iterum error delectationē in intelligēdo facit.

AD IX. Dicendum, quod tristitia & dolor hoc modo differunt, quod tristitia est quadam passio animalis incipiens scilicet in apprehensione nocuēti & terminatur in operatione appetitus, & ulterius in transmutatione corporis: sed dolor est in passione corporalem. Unde Aug. dicit 14. de Ciuit. Dei, quod dolor uisus in corporibus dicitur. Et incipit a lésione corporis, & terminatur in apprehensione sensus tactus, propter quod dolor est in sensu tactus, ut in apprehendente, ut dictum est.

AD X. Dicendum, quod gaudium & tristitiam sequi passionem dicitur, & a Damasceno & a Philosopho, sed sub alio intellectu. Damascenus & Gregorius Nissenus idem uerbum proponētes loquuntur de passione corporali, quæ apprehensa causat gaudium vel tristitiam, & semper experta causat dolorem. Philosophus autē in 2. Ethic. loquitur proculdubio de passionibus animalibus, uolens quod ad omnes passiones anime sequatur gaudium & tristitia. Cuius ratio est quod inter oēs passiones concupiscibilis potentia gaudium, & tristitia quæ causant ex consecutione conuenientis, uel nociui ultimū locum tenent: oēs autē passiones irascibilis ad passiones concupiscibilis terminantur, ut in questione de sensualitate dictū est. Unde restat quod oēs passiones animæ ad gaudium, & tristitiam terminentur. Secūdum autē neutrum intellectum sequitur, quod passiones sint in apprehensiua: quia passio corporalis est ipsa natura corporis: passiones autē animales alia sunt in eadē parte

tc

q. 10. ar. 3.

q. 10. ar. 1. ad 2. me. 2. q. 10. ar. 3.

q. 10. ar. 1. in cor. & a. 7. argumet.

q. 7. in fi. c. 5.

In corp. art.

loco citato in argumet.

q. 10. ar. 1. in cor. & a. 7. argumet.

te appetitiua, in qua gaudium & tristitia: sed tamē quantum ad priores eius actus. Si autem in actibus appetitiua ordo non esset, sequeretur ex verbis Philosophi, quod passiones animales nō essent in appetitiua, ubi est gaudium & tristitia: sed in apprehensiua.

Ad xi. Dicendū, quod nec sensus, nec vis alia apprehensiua mouet immediate; sed solum mediante appetitiua, & ideo ad operationem virtutis sensitiua apprehensiua non immutatur corpus quantum ad dispositiones materiales, nisi superueniat motus appetitiua, quem statim sequitur transmutatio corporis disponentis se ad obediendum. vnde quamuis vis apprehensiua sensitiua immutatur simul cum organo corporali, non tamen est ibi passio proprie loquendo; quia in operatione sensus non transmutatur organum corporale per se loquendo, nisi spiritali immutatione, secundum quod species sensibilium recipiunt in organis sentiendi sine materia, ut dicitur in 2. de Anima.

Com. 12. 1. 3.

Ad xii. Dicendum, quod quamuis in parte intellectiua aliquid abiciatur & aliquid recipiatur, hoc tamen non contingit per viam transmutationis, ut continue receptio & abiectio fiat; sed est per simplicem influxum quantum ad habitus infusos. In instanti. n. infunditur gratia, per quam subito expellitur culpa. Alteratio autem quae fit de uitio in virtutem, vel de ignorantia ad scientiam attingit ad partem intellectiuam per accidens, per se existente transmutatione in parte sensitiua, ut patet in 7. Eth. Ex hoc enim quod fit aliqua transmutatio circa partem sensitiuam, subito resultat aliqua perfectio in parte intellectiua, ut sic id quod fit in parte sensitiua existens: sicut illuminatio est terminus motus localis, & generatio simpliciter alterationis, & hoc intelligendum est quantum ad habitus acquisitos.

Ad xiii. dicendum, quod ex aliquo apprehenso intellectum potest sequi passio in appetitu inferiori dupliciter. Vno modo in quantum id quod intelligit universaliter per intellectum, formatur in imaginatione particulariter, & sic mouetur inferior appetitus: sicut cum intellectus credentis accipit intelligibiliter futuras penas, & earum phantasmata format imaginando ignem urentem, & uermem rodentem & alia huiusmodi, ex quo sequitur passio timoris in appetitu sensitiuo. Alio modo in quantum ex apprehensione intellectus mouetur appetitus superior, ex quo per quandam redundantiam, vel imperium appetitus inferior commouetur.

Ad xiiii. Dicendum, quod spes quae in anima separata manet, non est passio, sed uel habitus, uel uoluntatis actus, ut ex praedictis patet.

Art. I.

Ad xv. Dicendū, quod ex beatificatione, uel perfectione imaginis nihil aliud haberi potest, quam quod in parte intellectiua fit passio, secundum quod omnis receptio passio dicitur.

Ad xvi. Dicendum, quod passio dicitur esse motus ex alio recepto in aliud receptum, non autem ex alio operato in aliud operatum: sic autem in intellectu est motus ex alio in aliud.

Ad xvii. dicendum, quod intelligere dicitur esse se pati communiter loquendo de passione, prout omnis receptio passio est.

Ad xviii. dicendum, quod passio illa de qua loquitur Dionysius, nihil aliud est quam affectio ad diuina, quae habet magis rationem passionis quam simplex apprehensio, ut ex praedictis patet. Ex ipsa enim diuinorum affectione prouenit manifesta

In corp. ar.

passio eorumdem, secundum illud Ioan. 14. Si quis diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.

ARTICVLVS III.

Penes quod contrarietas, & diuersitas inter animae passiones attendatur.

Quarto queritur secundum quid attenditur contrarietas, & diuersitas inter animae passiones. Et uidetur quod non secundum bonum & malum. Audacia. n. timori opponitur, utraque uero passio est respectu mali: quia hoc quod timor fugit, audacia aggreditur. ergo contrarietas passionum animae non est secundum bonum & malum.

¶ 2. Præter. Spes desperationi opponitur, utraque uero est respectu boni, quod spes consequi expedit, de desperatione autem de consecutione distat. ergo contrarietas passionum animae non est secundum bonum & malum.

¶ 3. Præter. Dam. in lib. 2. & Gre. Nissenus distinguunt passiones animae per praesens & futurum, & per bonum & malum, ut de bono futuro sit spes uel desiderium, de bono presenti uoluptas uel delectatio siue letitia, de malo futuro timor, de praesenti tristitia, sed praesens & futurum per accidens habent ad bonum & malum. ergo differentia passionum animae per se non attenditur secundum bonum & malum.

¶ 4. Præter. Aug. 14. Ciu. Dei, distinguit inter tristitiam & dolorem, quod tristitia est animae, dolor uero corporum, quod ad rationem boni, & malum perinet. ergo idem quod prius.

¶ 5. Præter. Exultatio, gaudium, latritia & delectatio, iucunditas & hilaritas differentiam quantum habent, alias inutiliter duo istorum coniungerentur. patet in 1. 35. Gaudium & latritiam obtinebant. cum ergo oia ista respectu boni dicantur, uidetur quod bonum & malum passiones animae non distinguunt.

¶ 6. Præter. Dam. in lib. 2. distinguit quatuor species tristitiae quae sunt, accidia, athos, inuidia, misericordia, praeter quas est poenitentia, quae omnia respectu mali dicuntur. ergo idem quod prius.

¶ 7. Præter. Ipse distinguit sex species timoris, scilicet inueniam, erubescenciam, uerecundiam, admirationem, stuporem, & agoniā, quae ad praedictam differentiam non pertinent. ergo idem quod prius.

¶ 8. Præter. Dionysius 4. c. de Diuin. nominibus. admodum amori connumerat, quorum utrumque est respectu boni, & sic idem quod prius.

SED CONTRA est, quod actus distinguuntur per obiecta, passiones autem animae sunt actus appetitiuae uirtutis, cuius obiectum est bonum, & malum. ergo per bonum & malum distinguuntur.

¶ 2. Præter. Secundum Philosophum in 1. Eth. passiones animae sunt, ad quas sequitur gaudium & tristitia: sed gaudium & tristitia distinguuntur secundum bonum & malum. ergo bonum & malum distinguunt animae passiones.

RESPON. Dicendum, quod in passionibus animae triplex distinctio inuenitur. Prima quidem est quae differunt quasi genere, utpote ad diuersas potentias animae pertinentes: sicut distinguuntur passiones concupisibiles a passionibus irascibilibus. Ratio huius distinctionis passionum sumitur ex ipsa ratione distinguendi potentias. Cum enim supra dictum sit in questione de sensuualitate, quod obiectum concupisibilibus est delectabile secundum sensum, irascibilibus uero est quod arduum uel arctum, illae passiones ad concupisibilem pertinent, in quibus importatur ordo ad delectabile sensus absolute, uel ad eius contrarium.

vero ad irascibilem, quæ ordinatur ad aliquod arduum circa huiusmodi. Et sic apparet differentia inter desiderium & spem. Nam desiderium dicitur secundum quod appetitus mouetur in aliquid delectabile: spes autem dicitur quandam eleuationem appetitus in aliquid bonum, quod extimatur arduum uel difficile, & similiter est de aliis. Secunda uero distinctio passionum anime est, qua distinguuntur quasi species in eadem potentia existentes. Quæ quidem distinctio in passionibus concupiscibilibus, secundum duo attenditur. Vno modo, secundum contrarietatem obiectorum, & sic distinguuntur gaudium quod est respectu boni, a tristitia, quæ est respectu mali. Alio modo, secundum quod ad idem obiectum concupiscibilis ordinatur, secundum diuersos gradus consideratos in processu appetitus motus: ipsum. n. delectabile primo appetenti coniungitur aliquo modo secundum quod apprehenditur, ut simile uel conueniens, & ex hoc sequitur passio amoris, qui nihil est aliud quam informatio quedam appetitus ab ipso appetibili. Unde amor dicitur esse quedam unio amantis & amati. Id autem, quod sic aliquo modo coniunctum est, queritur uiterius, ut realiter coniungatur, ut amans. si perit uel amato, & sic nascitur passio desiderii. Quod quidem cum adeptum fuerit, in re generat gaudium. Sic ergo primum, quod est in motu concupiscibilis, est amor, secundum desiderium, & ultimum gaudium; & per contrarium istis sunt accipienda: passiones, quæ ordinantur in malum, ut odium contra amorem, fuga contra desiderium, tristitia contra gaudium: passiones uero irascibilis, ut in alia questione dictum est, oriuntur ex passionibus concupiscibilibus, & terminantur ad eas, & ideo in eis inuenitur distinctio aliqua conformis distinctio concupiscibilis: & uiterius est in eis distinctio propria secundum obiectum proprii obiecti. Ex parte quidem concupiscibilis est distinctio, qua distinguuntur per bonum & malum, uel per delectabile, & contrarium: & iterum secundum habitum realiter, & non habitum realiter: sed propria distinctio ipsius irascibilis est, ut passiones eius distinguantur secundum excedens facultatem appetentis, uel non excedens, & hoc secundum estimationem. Ista. n. uidentur distinguere arduum, sicut differentie per se. Potest ergo passio in irascibili uel respectu boni esse, uel respectu mali. Si respectu boni, uel habiti, uel non habiti: respectu boni habiti: nulla passio potest esse in irascibili: quia bonum ex quo iam possidetur, nullam difficultatem ingerit possidenti, unde non saluatur ibi ratio ardui. Respectu autem boni nondum habiti, in quo ratio ardui saluari potest propter difficultatem consequendi, si quidem illud bonum extimatur, ut excedens facultatem, facit desperationem. Si uero ut non excedens, facit spem. Si uero consideretur motus irascibilis in malum, hoc erit dupliciter, scilicet uel in malum nondum habitum, quod quidam extimatur ut arduum, in quantum difficile est uitari, uel ut iam habitum siue coniunctum, quod item rationem ardui habet, in quantum extimatur difficile repellere. Si autem respectu mali nondum presentis, si quidem illud malum extimatur, ut excedens facultatem, sic facit passionem timoris: si autem non ut excedens, sic facit passionem audaciae. Si autem malum sit presentis, aut extimatur, ut non excedens facultatem, & sic facit passionem iræ: aut ut excedens, & sic nullam passionem facit in irascibili, sed in sola concupiscibili manet passio tristitia. distinctio ergo illa, quæ accipitur secundum diuersos gradus

A acceptos in motu appetitu, non est causa alienius contrarietatis: quia huiusmodi passiones differunt secundum perfectum & imperfectum, ut patet in desiderio & gaudio. Sed distinctio, quæ est secundum contrarietatem obiecti, proprie facit in passionibus contrarietatem. Vnde in concupiscibili passionibus a se accipiuntur secundum bonum & malum, ut gaudium, & tristitia, amor & odium. In irascibili uero potest accipi duplex contrarietas. Vna, secundum distinctionem proprii obiecti, scilicet secundum excedens facultatem, & non excedens, & sic sunt contraria spes & desperatio, audacia & timor, & hæc contrarietas est magis propria. Alia uero est secundum differentiam obiecti concupiscibilis, scilicet secundum bonum & malum, per quem modum spes, & timor contrarietatem habere uidentur. Ita uero neutro modo potest habere passionem contrariam, nec secundum contrarietatem boni & mali: quia respectu boni presentis non est aliqua passio in irascibili. Similiter nec secundum contrarietatem excedens facultatem & non excedens: quia malum facultatem excedens nullam passionem in irascibili facit, ut dictum est. Vnde inter ceteras passiones ira habet proprium: quia nihil est contrarium ei.

B Tertia uero differentia passionum anime est, quasi accidentalis. Quæ quidem dupliciter accedit. Vno modo secundum intentionem & amoris, furor intentionem iræ. Alio modo secundum materiales differentias remissionem, sicut zelus importat intentionem boni, uel mali: sicut differunt misericordia & inuidia, quæ sunt species tristitia: nam inuidia est tristitia de prosperitate aliena, in quantum extimatur malum proprium: misericordia uero est tristitia de aduersitate aliena in quantum extimatur, ut proprium malum, & sic est in aliis quibusdam considerare.

C Ad primum ergo dicendum, quod irascibilis obiectum non est bonum & malum absolute: sed addita circumstantia arduitatis. unde non solum in eorum passionibus est contrarietas per bonum & malum: sed per differentias, quæ distinguunt arduum in bono quam in malo. Et per hoc patet solutio ad secundum.

D Ad tertium. Dicendum, quod presentis & futurum accipiuntur ut differentia ad distinguendas a se potestas secundum quod futurum nondum est coniunctum realiter. Presentis uero iam coniunctum: perfectior uero est motus appetitus in id, quod est realiter distans. unde futurum & presentis, licet faciant aliquam distinctionem, nullam tamen contrarietatem faciunt, si cut nec perfectum & imperfectum.

E Ad quartum. Dicendum, quod dolor secundum quod proprie accipitur, non debet computari inter animæ passiones: quia nihil habet ex parte anime, nisi apprehensionem tantum. est enim dolor sensus læsionis. Quæ quidem læsio est ex parte corporis. Et ideo Augustinus ibidem subdit, quod tractando de passionibus anime maluit ut nomine tristitiæ quam doloris, tristitia enim perficitur in ipsa appetitu, ut ex dictis patet.

F Ad quintum. Dicendum, quod delectatio & gaudium eodem modo differunt sicut tristitia & dolor: nam delectatio sensibilis habet ex parte corporis coniunctionem conuenientis, ex parte uero anime sensum illius conuenientie. Et similiter delectatio spiritualis habet quandam rationalem coniunctionem conuenientis cum conuenienti, & perceptionem illius coniunctionis. Vnde Plato definiens delectationem sensibilibus dixit, quod delectatio est sensibilis generatio in natura. Aristoteles uero definiens generaliter delectationem dixit, quod delectatio est operatio naturalis habitus, non impedi-

In ista
artic.

Ar. huius q.

In l. b. ro. &
est de same
bono a me.
pra. scilicet.

Verum spes, timor, gaudium & tristitia sint
animæ principales passiones.

ta. Ipsa enim operatio conueniens, est illud cõiun-
ctum conueniens, quod delectationem præcipue
spiritualem facit. Et sic delectatio utrobique inci-
pit a coniunctione reali, & perficitur in eius appre-
hensione: gaudium uero incipit in apprehen-
sione, & terminatur in affectu, unde delectatio
est interdum causa gaudii, sicut dolor tristitiæ. Gau-
dium uero a lætitiâ & ceteris differt accidentaliter
secundum intentionem & remissionem. Nam alia dicitur
quandam gaudii intentionem, quæ quidem intentio
attenditur, uel secundum interiorem dispositionem, & sic est
lætitiâ quæ importat interiorem cordis dilata-
tionem: dicitur. *lætitiâ quasi lætitiâ*. Vel secundum
quod intentio gaudii interioris prorumpit in qua-
dam exteriora signa, & sic est exultatio: dicitur. *n.*
exultatio ex hoc, quod gaudium interius quodam-
modo exterius exilit. Quæ quidem exilitio attenditur,
uel secundum immutationem uultus, in quo primo
apparent affectus indicia propter propinquitatem eius
ad uim imaginatiuam, & sic est hilaritas: uel secun-
dum quod ex intentione interioris gaudii dispo-
nuntur & uerba & facta, & sic est iocunditas.

Ad VI. dicendum, quod species tristitiæ, quas Da-
maſcenus ponit sunt quædam modi tristitiæ addites
supra tristitiâ quædam differentias accidentales
uel secundum intentionem motus. Et sic secun-
dum quod ista intentio consistit in interiori disposi-
tione, dicitur accidia, quæ est tristitiâ aggravans, sicut ne
aliquid agere libeat, uel secundum quod progre-
ditur ad exteriorē dispositionem, & sic est achos
quæ est tristitiâ uocem auferens. Ex parte uero ob-
iecti secundum id, quod in alio est reputatur ut
propriū malum: & si quidem bonum alterius repu-
tetur, ut propriū malum: erit inuidia, si autē ma-
lum alterius ut propriū malum reputatur, erit
misericordia penitentiâ uero non addit supra tri-
stitiâ generalem aliquam specialem rationem. cū
sit absolute de malo proprio. Et ideo Damascenus ipsam
præmittit: possunt tamen multi modi tristitiæ af-
signari, si considerentur omnia quæ accidentaliter
se habent ad malum, quod tristitiâ facit.

Ad VII. Dicendum, quod cum timor sit quædam
passio ex nociuo apprehensio, ut excedere facultatē,
proueniens, diuersificabunt modi timoris secundum dif-
ferentiam talium nociuorum. Quod quidem tripli-
citer ad appetitū potest referri. Uno modo respectu
proprie operationis, & sic in quantum propria o-
peratio timetur, ut laboriosa est segnitie: in quan-
tum uero timetur, ut turpis, est uerecundia, quæ est
timor in turpi actu. Secundo respectu cognitionis
prout aliquid cognoscibile apprehenditur, ut om-
nino excedens cognitionem, & sic eius considerō
apprehenditur, ut superuacua, & sicut nociua. Quæ
autem excedit cognitionem contingit, uel pro-
pter eius magnitudinem, & sic est admiratio, quæ
est timor ex magna imaginatione, uel propter ei-
us incōsuetudinē, & sic est stupor qui est timor ex in-
assueta imaginatione secundum Damascenum. Tertio res-
pectu passio quæ est ab alio, quæ quidem passio po-
test timeri, uel ratione turpitudinis, & sic est erube-
ſcentia, quæ est timor in expectatione cōiuncti, uel
ratione læsionis, & sic est agonia per quam homo
timet, ne in aliqua infortunia incidat.

Ad VIII. Dicendum, quod zelus addit super a-
morem quandam intentionem, est enim amor ue-
hemens non patiens consortium in amato.

Et. 2. ortho.
s. dei. 6. 15.

QVINTO QUÆRITUR, UTRUM SPES, TIMOR, GAUDIUM
& TRISTITIA SINT QUATUOR PRINCIPALES ANIMÆ
PASSIONES. Et uidetur quod non: quia Augustinus
Ciuit. Dei, enumerans quatuor principales passio-
nes ponit cupiditatem loco spei, quod ex uerbo
Virgilii accipi uidetur, qui has principales passio-
nes designatas dixit, sicut homines cupiunt, uir-
ruunt, gaudentes dolentesque & cetera.

¶ 2. Præ. Quanto aliquid est perfectius, tanto prin-
cipaliter esse uidetur; sed motus uoluntatis est per-
fectior, quam motus spei, ut potest cum maiori inten-
tione in suum obiectum tendens, ergo anima
magis est principalis passio quam spes.

¶ 3. Præ. Vnum quodque denominatur a prin-
cipali: sed uis irascibilis ab ira denominatur, ergo
ira debet computari inter passiones principales.

¶ 4. Præ. Sicut in irascibili est passio respectu futuri,
ita in concupiscibili: sed passio que est in concu-
piscibili, respectu futuri, si desiderium non ponatur
passio principalis, ergo nec timor & spes que simi-
liter sunt respectu futuri in irascibili.

¶ 5. Præ. Principale dicitur illud quod interuenit prius
existit, principali enim secundum Gregorium
inter reliquos priorem esse: sed inter reliquas pas-
siones amor est prior, ex amore enim omnes
passiones nascuntur, ergo amor debet poni pas-
sio principalis.

¶ 6. Præ. Ille passiones uidentur esse principales a
quibus alie dependent: sed a gaudio & tristitia
omnes alie passiones dependere uidentur. Nam pas-
sio animæ est quam sequitur gaudium, & tristitia
secundum Philoſophum in 2. Ethico. ergo hec duæ pas-
siones tantum, scilicet gaudium, & tristitia sunt prin-
cipales passiones tantum. Sed dicendum, quod gaudium
& tristitia sunt principales in concupiscibili,
spes autem & timor sunt principales in irascibili.

¶ 7. Sed contra est, quod dicitur in libro de Spiritu
Anima, de concupiscibilitate gaudium & spes, de
irascibilitate dolor, & metus oriuntur.

¶ 8. Præ. Secundum proprietatem irascibilis pos-
sitiæ spes desperationi opponitur, timor auaritiæ
sed ex parte concupiscibilis ponuntur duæ principa-
les passiones contrariæ secundum proprietatem
concupiscibilis, gaudium, & tristitia. ergo ex parte
irascibilis deberent poni principales, uel spes de-
speratio uel timor & audacia.

SED CONTRA est, quod dicitur in libro de Spiritu
& Anima, affectus quadripartitus esse dignoscitur
dum de eo quod amamus, iam gaudemus uel ga-
dere speramus, & de eo quod odimus iam do-
lemus & dolēdum metumus, ergo hec sunt quatuor
passiones principales gaudium, dolor, spes & tristitia.

¶ 2. Præ. Boetius principales passiones enumerans
cit in libro de Consolatione gaudia pelle, pelle timor-
rem, spemque fugato, nec dolor addit, & sic dicitur
quod prius.

RESPON. Dicendum, quod quatuor sunt prin-
cipales animæ passiones, tristitia, gaudium, spes, &
timor. Cuius ratio est, quia principales passiones
dicuntur, quæ aliis priores sunt, & earum origo. Cum
tem passiones animæ sint in parte appetitiua, ille pas-
siones priores erunt, quæ immediate ex obiecto appo-
sitiuè oriuntur, quæ quidem obiectum est bonum

& malum, hæc autem erunt quasi secundariæ, quæ
 mediantibus alijs oriuntur. Ad hoc autem quod ali
 qua passio immediate oriatur ex bono uel malo,
 duo requiruntur. Quorum primum est, ut per se ex
 bono & malo oriatur: quia quod est per accidens,
 non est primum. Secundum uero, ut nullo præsuppo
 sito oriatur, ut sic ut principalis passio propter duo
 dicatur, quod nec per accidens neq; per posterius
 prouenit ex obiecto, quod tenet locum actiui. Ex
 bono autem prouenit per se passio, quæ procedit
 ex bono, secundum quod est bonum: per accidens
 uero illa, quæ prouenit ex bono, secundum quod est
 malum, & e contrario est intelligendum de malo.
 Bonum autem secundum quod est bonum allicit
 & ad se trahit. unde si aliqua passio sit appetitus tē
 dentis in bonum, erit passio per se consequens ex
 bono; sed repellere appetitum est proprium mali
 in quantum est malum. unde si aliqua passio sit respec
 tu boni per se bonum refugiat, passio illa non
 erit ex bono per se, sed in quantum apprehenditur
 ut aliquam malum. Et e contrario est intelligendū
 de malo, quod illa passio per se prouenit ex malo,
 quæ consistit in fuga mali: illa uero per accidens
 quæ consistit in accessu ad malum, patet igitur qua
 liter aliqua passio per se ex bono uel malo oriatur.
 Quia uero quanto aliquid est ultimum in consecu
 tione finis, tanto est prius in intentione & appeti
 tu, ideo illæ passionibus non præsuppositis alijs ex bo
 no uel malo oriuntur quæ consistunt in executio
 ne finis, & eis præsuppositis oriuntur aliæ. Gaudiū
 uero & tristitia ex ipsa consecutione boni uel ma
 proueniunt, & per se. Nam gaudium prouenit ex
 bono in quantum est bonum, & tristitia ex malo
 in quantum est malum. Et similiter omnes aliæ pas
 siones concupiscibilis per se ex bono uel malo pro
 ueniunt, quod contingit ex hoc quod obiectū cō
 cupiscibilis est bonum uel malum, secundum ab
 solutam rōnem: sed tamen aliæ passionibus concupi
 scibilis præsupponunt gaudium & tristitiam p mo
 dum causa. Nam bonum concupiscibile iō efficit
 amatum, & desideratum, quia apprehenditur ut de
 lectabile; malum uero odiosum & fugiendum in
 quantum apprehenditur, ut tristabile. Et sic secun
 dum ordinem appetendi gaudium & tristitia sunt
 priora, quamuis in ordine exequendi sint postero
 ra. In irascibili uero omnes passionibus per se conse
 quuntur ex bono uel malo; sed quædam per se &
 quædam per accidens. Quod contingit ex hoc, q
 bonum uel malum secundum absolutam rōnem
 sunt obiectum irascibilis, sed secundum quod ap
 ponitur conditio arduitatis, secundum quam, &
 bonum repudiatur, ut excedens facultatē, & in ma
 lum tenditur prout possibile est repellere uel subiu
 ci. Non autem potest esse in irascibili aliqua passio
 quæ ex bono uel malo consequatur nulla alia præ
 supposita. Bonum enim, postquam habitum est
 nulla passionem in irascibili facit, ut ex prædictis
 patet. Malum uero præsens facit quidem passionē
 in irascibili, sed non per se, sed per accidens, in quō
 si quis in malum præsens tendit, ut repellendum &
 subiiciendum: sicut patet in ira. Sic ergo patet ex
 dictis, quod quædam passionibus sunt quæ primo &
 per se ex bono & malo oriuntur, ut gaudium, &
 tristitia. Quædam uero quæ per se, sed non primo,
 sicut aliæ passionibus concupiscibilis, & hæc duæ iras
 cibilis timor & spes, quarum una dicit fugā mali,
 alia accessum ad bonum. Quædam uero nec per se
 nec primo, sicut aliæ quæ sunt in irascibili, ut despe
 ratio audacia & ira quæ dicuntur accessum ad malū,

vel recessum a bono. Sic ergo principalissimæ pas
 siones sunt gaudium & tristitia. Timor autem &
 spes sunt principales in suo genere: quia non præ
 supponunt aliquas passionibus in potentia in qua
 sunt, sicut irascibili. Aliæ uero passionibus concupisci
 bilis, ut amor, desiderium, odium, & fuga, & si sint
 per se ex bono uel malo, non sunt tamen primæ in
 suo genere cum præsupponunt alias in eadem po
 tentia existentes, & sic non possunt dici principa
 les neq; simpliciter neq; in genere. Et sic restat, q
 solū quatuor sint principales passionibus gaudium,
 & tristitia, spes, & timor.
 AD PRIMVM ergo dicendum, quod cupiditatem
 uel desiderium præcedit alia passio in eadem pote
 tia, scilicet gaudium, quod est ratio desiderandi. unde nō
 potest esse principalis passio. Spes autē & si præsuppo
 nat aliam passionem, non tamen in eadem poten
 tia existentem, sed in concupiscibili: omnes nam
 que passionibus irascibilis oriuntur ex passionibus con
 cupiscibilis, ut in alia questione dictum est, unde
 potest esse passio principalis. Aug. uero ponit desi
 derium uel cupiditatem loco spei propter similitu
 dinem quandam quæ est inter ea. Nam utraq; pas
 sio est respectu boni, nondum habiti.
 AD II. dicendum, quod audacia non potest ef
 se principalis passio: oriatur enim ex malo per accidens,
 cum sit respectu mali per uia aggrediendi. Audax
 .n. aggreditur malum in quantum estimat uictoriā
 & repulsionem mali esse quoddam bonum, & ex
 huiusmodi bona spe audacia oriatur, & sic subtiliter con
 siderando inuenitur spes esse audacia prior. Nam
 spes uictorie uel saltem euasione audaciam cōt.
 AD III. Dicendum, quod ira oriatur ex malo p
 accidens, in quantum si iratus uindictam mali sibi
 illati bonum extimat, & in eam tendit. unde spes
 uindictæ consequendæ est causa iræ. unde cum ali
 quis læditur ab eo cui non se putat posse uindictā
 inferre, non irascitur, sed tristatur solum, uel timet
 ut auic. dicit: sicut si rusticus læditur a rege. Et ideo
 ira non potest esse principalis passio, præsupponit
 non solum tristitiam quæ est in concupiscibili, sed
 spem, quæ est in irascibili. denominatur autē iras
 cibilis ab ira, quæ est ultima passio, quæ est in irascibili.
 AD IIII. Dicendum, quod passionibus quæ sunt in
 concupiscibili respectu futuri, oriuntur quodam
 modo ex passionibus in eadem ui existentibus, respectu
 presentis: sed passionibus quæ sunt respectu futuri in ira
 scibili non oriuntur ex aliquibus passionibus respectu p
 sentis in eadē potentia existentibus, sed existentibus in
 alia potentia, scilicet ex gaudio & tristitia. vñ nō est simile.
 AD V. Dicendum, quod in uia exequendi, uel cōse
 quendi amor est prima passio: sed in uia intentio
 nis gaudiū est prius amore, & est rō amandi, præci
 pue secundum quod amor est passio concupiscibilis.
 AD VI. Dicendum, quod gaudium, & tristitia
 sunt inter alias principalissimæ, ut dictum est. Ni
 hilominus tamen spes & amor in suo genere sunt
 principales, ut ex dictis patet.
 AD VII. Dicendum, quod liber ille cum non
 sit augustus, non imponit nobis necessitatem, ut eius
 auctoritatem recipiamus, & precipue hic ubi uide
 tur expressam fallitatem continere. Spes enim
 non est in concupiscibili, sed in irascibili: tristitia ue
 ro non in irascibili, sed in concupiscibili. Si tamen
 oporteat auctoritatem sustinere, potest dici quod
 loquitur de potentijs istis secundum rationes
 nominum, concupiscentia enim est boni, & ex
 hac ratione omnes passionibus ordinatæ in bonum
 concupiscibili attribuuntur. Ira autem est ex
 aliquo

gaudii
 s. anime
 ga. 14. de
 es passio
 ex uictu
 es passio
 aut, mo
 ato p
 el pene
 ori men
 antia
 princip
 ergo
 cipales
 scu futu
 in concu
 m ponit
 equi simi
 intere
 in Greg.
 aliqua p
 omnia a
 ut p
 cipales
 a
 timia om
 Nam pal
 & tristit
 duæ passio
 a tunc p
 quod p
 concupisc
 irascibili
 & spes, de
 bilis post
 or autem
 uæ p
 p
 go ex p
 el spes de
 o, de Sp
 ligno
 us uel ge
 s tam de
 in quom
 ue rati
 am erans
 pelle timo
 & sic uide
 sunt p
 im, spes,
 as, omnes
 go. Cum q
 ta, illi p
 iecto app
 est bonum
 &

A
 B
 C
 D
 E

Q. p. r. c. s.

D. 238.

li. 3. met. c. 6. a. m. c.

3. corp. a

aliquo malo illato. unde omnes passiones quæ re spectu mali sunt, irascibili attribui possunt, & secundum hoc attribuitur irascibili tristitia, & concupiscibili spes.

Ad VIII. Dicendum, quod contrarietas quæ est propria passionum irascibilis, scilicet facultatē excedēs, & nō excedēs facit alterā passionū, p accidēs oriri ex bono uel malo. Excedens. n. facultatē inducit ad recessum, nō excedens autem inducit ad accessum. Et ideo si ista differentia considerentur in bono, illa passio quæ sequitur ex excedente facultate per accidens ex bono proueniet: si autē circa malum, ista erit per accidens quæ sequitur id, quod est, facultatem non excedens. unde in irascibili non possunt esse duæ principales passiones, q̄ sunt directe contrariæ, ut spes & desperatio, uel audacia, & timor, sicut erat in concupiscibili gaudium & tristitia.

ARTICVLVS VI.
Verum passionibus mereamur.

1. 2. q. 24. art. 1.

Ca. 9. tom. 3.

Ca. 6. tom. 5.

Sexto queritur, utrum passionibus mereamur. Et uidetur quod sic. Implendo enim præcepta meremur: sed diuinis præceptis inducimur ad gaudendum, timendum, dolendum, & ad alias huiusmodi passiones, ut Aug. dicit 14. de Ciuit. Dei. ergo passionibus meremur.

¶ 2 Præ. Secundum Aug. in eodem li. huiusmodi passiones non sunt sine uoluntate, immo & nihil aliud sunt quam uoluntates: sed actib. uoluntatis mereri non possumus solum materialiter, sed & formaliter, ergo & huiusmodi passionibus.

¶ 3 Præ. Passiones animales plus accedunt ad rationem uoluntarij, quam corporales: sed passiones animales aliquo modo sunt in nobis in quantum concupiscibilis, & irascibilis obediunt rationi, passiones autem corporales non: sed passiones corporales sunt meritoria, ut patet in martyribus, qui passionibus corporalibus aureolam martyrii merentur. ergo multo fortius passiones animales sunt meritoria. Sed dicendum, quod passiones corporales sunt meritoria, in quantum uoluntate sunt.

¶ 4 Sed contra, uoluntas patendi pro Christo potest esse etiam in eo, qui nunquam patitur, qui tñ non habet aureolam, ergo passio corporalis meretur aureolam nō solum, s̄ in quod est uolita, sed secundum quod est actualiter experta.

¶ 5 Præ. Id, ad cuius intensiōem sequitur intensio præmij, est meritum per se & non solum materialiter: sed ad intensiōem passionis corporalis sequitur intensio præmij, quia quanto quis magis patitur, tanto glorioſius coronabitur, ut dicitur. ergo passionibus secundum se meremur, & non solum materialiter.

1. lib. 3. de Sententia p. 14. c. 6.

¶ 6 Præ. Hu. de sancto Victo. dicit, quod post uoluntatem sequitur opus, ut uoluntas in suo opere augeatur, & sic facit aliquid ad meritum opus exterius: sed similiter i passione potest uoluntas augeri, ergo passio facit ad meritum, & sic idem qd prius.

¶ 7 Præ. Cum meritum in uoluntate consistat, oportet ut id formaliter & completiue ad meritum pertineat, in quo uoluntas formaliter & completiue terminatur: sed passio in quantum uolita, est obiectum uoluntatis, & sic uoluntatem determinat quasi formaliter, ergo formaliter ad meritum pertinet ipsa passio.

¶ 8 Præ. Aliqui confessores magis grauiam sustinent aliquibus martyribus, unde de eis dicitur, quod longum traxerunt martyrium, cum passio quorundam martyrum sit breui spatio finita, & tñ confessoribus

bus non debetur aureola, & sic uidetur quod ipsa passio corporalis martyrii s̄ in se aureola meriti.

¶ 9 Præ. Super illud iac. 1. Omne gaudium exultatione fratres mei, dicit gl. tribulatio in presentibus, iustitia in futuro auget coronam: sed nō auget nisi merēdo, ergo cū tribulatio sit passio, meritoria est.

¶ 10 Præ. Hoc idem uidetur per quod dicitur in psalm. 25. Pretiosa in conspectu domini mors &c. dicitur pretiosa quasi pretio digna; pretium autem laboris est premium, quod laboribus meremur, ergo passionibus possumus mereri. Sed dicendum, quod passionibus meremur in quantum sunt uoluntate.

¶ 11 Sed contra est, quod Lucia dicit, si inuiti mereri uoluntati feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam, ergo ipsa passio corruptionis, quam inuiti sustinuerunt, fuisse ei meritoria coronæ, & sic passio non meretur solum quia est uoluntaria.

¶ 12 Præ. Difficultas est de necessitate meriti, qd patet ex hoc quod Magister dicit in 2 Sent. dist. 24. quod homo in statu innocentie non merebatur, quia nihil impellebat ad malum, neque aliquid traheret a bono, cum ergo passiones difficultate afferant, uidetur, quod per se ad meritum faciant.

¶ 13 Præ. Timor quædam passio est: eo autem merere possumus formaliter, cum sit in parte intellectiua, ut patet, cum timemus illa quæ non nisi per intellectum cognoscimus, sicut penas æternarum passionibus possumus mereri.

¶ 14 Præ. Præmium respondet merito: sed præmium gloria non solum erit in anima, sed in corpore, ergo & meritum consistit non solum in actioe interiori, sed in passione corporis.

¶ 15 Præ. Vbi est maior difficultas, ibi est maior ratio meriti: sed maior difficultas est circa actus, quam circa operationes uoluntatis, ergo passiones sunt magis meritorie quam actus uoluntatis, qui tamen sunt formaliter meritorij.

¶ 16 Præ. Virtutibus formaliter meremur: sed quædam passiones a sanctis ponuntur uirtutes, ut misericordia, & poenitentia; quædam a philosophis ponuntur laudabiles medietates inter uitia, ut uerecundia & nemesis a Philosopho. in 1. Ethic. quod totum ad uirtutem pertinet, ergo passionibus formaliter meremur.

¶ 17 Præ. Meritum & demeritum, cum sint contraria, in eodem genere sunt: sed in eodem genere passionibus inuenitur demeritum, nam primi motus qui sunt peccata, passiones quædam sunt: ira etiam & accidia sunt quædam passiones, quæ tñ uita a capite auerentur ab Apostolo Ro. 1. peccata namq; passiones ignominie appellat, ergo passionibus meremur.

SED CONTRA. Nihil potest esse meritorium, nisi quod est in nobis: quia secundum Aug. Voluntas est qua peccatur & recte ponuntur: sed passiones non sunt in nobis: quia ut dicit Aug. 14. de Ciuit. Dei. passionibus inuiti cedimus, ergo passionibus non meremur.

¶ 2 Præ. Illud quod est præambulum ad uoluntatem, non potest esse meritorium, cum meritorium ex uoluntate dependeat: sed passiones animæ præcedunt actum uoluntatis, cum sint in parte intellectiua: actus autem uoluntatis in parte intellectiua: intellectiua uero pars a sensitiua accipit, ergo passiones animæ non possunt esse meritoria.

¶ 3 Præ. Omne meritum est laudabile: sed passionibus, nec laudamur, nec uituperamur s̄ in Philoſopho in 2. Eth. ergo passionibus non meremur.

¶ 4 Præ. In Christo fuit maior efficacia ad meritum, quæ in nobis: sed Christus sua passione non meruit, ergo

ergo nec nos passionibus meremur. probatio meriti est de non suo suo facere, vel de minus suo facere magis suum: sed Christus non potuit facere de non suo suo, nec de minus suo magis suo: quia a primo instanti suae conceptionis sibi perfectissime debeatur quicquid cadit sub merito. ergo Christus passione nihil meruit. Sed dicendum, quod meruit faciēdo de suo primo modo pluribus modis.

¶ Sed contra, Duplex vinculum facit maiorem obligationem. ergo similiter & duplex ratio debiti facit magis debitum. si ergo Christus non potuit facere aliquid magis debitum, nec etiam potuit aliquid facere pluribus modis debitum.

¶ 6 Præter. Difficultas voluntarium diminuit. cum ergo meritum debeat esse voluntarium, videtur quod difficultas meriti diminuat: sed passiones difficultatem faciunt. ergo diminuant meritum magis quam aliquid ad meritum operentur.

RESPON. Dicendum, quod passionibus non meremur per se, sed quasi p accidens. si proprie accipiatur mereri, cum mereri respectu mercedis dicatur, proprie mereri est aliquid sibi magis acquirere pro mercede, quod quidem non fit nisi cum aliquid damus quod est condignum ei, quod mereri dicimur dare aut non possumus id, quod nostrum est, cuius domini sumus. Sumus autem domini nostrorum actuum per voluntatem, non solum illorum, qui immediate ex voluntate eliciuntur, ut diligere, & velle, sed eorum qui a voluntate imperantur per alias potestates elicti, ut ambulare, loqui, & huiusmodi. Isti autem actus non sunt condigni quasi pretium respectu vite aeternae, nisi secundum quod sunt gratia & charitate informati. unde ad hoc, quod aliquis actus sit per se meritorius, oportet quod sit actus voluntatis vel imperantis, vel elictus, & iterum quod sit charitate informatus. Quia vero principium actus est habitus & potentia, & et ipsum obiectum, ideo quasi secundario dicimur mereri, & habitus & potentia & obiectis: sed id quod primo & per se est meritorium, est voluntarius actus gratia informatus: passiones autem non sunt voluntatis, nec ut imperantis, nec ut elictus: passionum. n. principium in quantum huiusmodi non est in nobis, voluntaria autem dicitur aliqua ex hoc, quod in nobis sunt. unde passiones interdum actum voluntatis praeveniunt, & ideo per se passionibus non meremur. Secundum tamen quod aliquo modo concomitantur voluntati, aliquo modo se habent ad meritum, ut sic possint dici esse meritorie quasi per accidens: habet autem se passio ad voluntatem tripliciter. Uno modo, ut voluntatis obiectum. Et sic passiones domini esse meritorie, in quantum sunt volitae vel amatae. Id. n. quo per se meremur, secundum hoc non erit ipsa passio, sed passionis voluntas. Secundo prout passio aliqua excitat voluntatem, vel intendit eam: quod dupliciter accidere potest, vel per se, vel per accidens: per se quidem, quoniam passio excitat voluntatem ad id, quod est sibi simile, sicut cum ex concupiscentia voluntas inclinatur ad consentiendum concupiscenti, ex ira ad volendum vindictam: per accidens vero quoniam passio per quandam occasionem excitat voluntatem ad contrarium, sicut in casto homine, quoniam insurgit passio concupiscentiae, voluntas cum maiori conatu resistit, circa difficulta. n. magis conatur. Et sic passiones domini esse meritorie, in quantum voluntas excitata a passione meritoria est. Tertio modo econverso, quando ex voluntate passio excitatur, secundum quod motus superioris appetitus reducat in inferiorem, sicut cum quis per voluntatem detestatur peccati turpitudinem, ex hoc ipso inferior appetitus

A ad verecundiam afficitur: & sic verecundia dicitur esse vel laudabilis, vel meritoria ratione voluntatis causantis. In primo ergo modo passio se habet ad voluntatem, ut obiectum: in secundo ut principium, in tertio ut effectus. unde primus modus meritorius est a meritorio: pari enim ratione posset dici aurum vel argentum meritorium, vel demeritorium, in quantum huiusmodi volēdo meremur vel demeremur. ultimus autem modus est ad meritum propinquior, secundum quod effectus recipit a causa, & non econverso. Et sic proprie accipiendo meritum, passionibus non meremur nisi per accidens. potest autem & meritum large accipi, secundum quod quilibet dispositio faciens congruitatem ad aliquid dicitur mereri illud, sicut si dicamus mulierem ratione pulchritudinis mereri coniugium regis. Et sic passionibus corporalibus mereri dicimur, in quantum ipsae passiones reddunt nos quodammodo aptos ad aliquam gloriam percipiendam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod praeceptis Dei admonemur ad gaudendum & timendum, secundum quod gaudium, timor & huiusmodi in actu voluntatis consistunt, & non sunt passiones, ut ex praedictis patet, vel secundum quod huiusmodi passiones ex voluntate consequuntur.

AD SECUNDUM dicendum, quod Aug. dicit has passiones esse voluntates, in quantum ex voluntate consequuntur in nobis. Unde subiungit, omnino secundum varietatem earum quae appetuntur vel fungiuntur, sicut allicitur vel offenditur voluntas hominis, ita in hos vel alios affectus mutatur & vertitur. Vel loquitur de eis secundum quod nominantur quodam actu voluntatis, ut dictum est.

AD TERTIUM dicendum, quod passio corporalis martiris ad meritum essentialis praemij non facit nisi in quantum est volitae: sed ad praemium accidentale quod est aureola, martyrizatio ordinatur per modum meriti, secundum quod facit quaedam decentiam respectu aureolae: decens enim est, ut qui Christo conformatur in passione, ei conformetur in gloria. Rom. 8. Si tamen compatimur, & simul glorificemur. Sciendum tamen est, quod voluntas non potest eodem modo se habere ad passiones corporales dum homo eas non patitur, sicut quando eas patitur propter earum acerbitatem. Unde secundum Philosophum in 3. Ethic. in talibus sufficit fortem non contritari. Et ideo ipsa corporalis passio actualiter per se, & est signum voluntatis firmae & constantis, & est eius excitativa, secundum quod homo circa difficulta conatur. Et sic aureola non debetur confessori, quamvis debeat martyri.

Unde patet solutio ad quartum.

AD QUINTUM dicendum, quod ad passionis intensiorem sequitur intensio praemiorum, vel ratione cuiusdam decentiae, vel ratione voluntatis intensae.

AD SEXTUM dicendum, quod quamvis voluntas augeatur in passione & in actu exteriori, non tamen est simile de utroque. Nam actus imperatur a voluntate, non autem passio. Unde non similiter se habent ad meritum.

AD SEPTIMUM dicendum, quod obiectum determinat voluntatem secundum speciem actus, meritum autem non consistit in actu proprie loquendo secundum speciem actus, sed secundum radicem quae est charitas. Et ideo non oportet quod formaliter passione mereamur, quamvis habeat se, ut obiectum.

AD OCTAVUM dicendum, quod totus labor quem sustinet aliquis confessor longinquo tempore non potest adequari morti quam martyr sustinet in momento. Quæst. disp. S. Tho. NNN secundum

In corp. art.

In corp. art.

Ca. 7. & li. 3. cap. 1. 10. 5.

D. 379.

secundum operis genus. Nam per mortem priuatur id quod est maxime diligibile, scilicet viuere & esse. unde est finis terribilium secundum Philosophum in 3. Ethic. & circa eam est maxima virtus fortitudinis. Et hoc patet manifeste ex hoc, quod homines diuurnis afflictionibus fatigati horrent mortem, quasi magis eligentes afflictiones alias pati quam mortem. Et ideo Philosophus in 9. Ethic. dicit, quod virtuosus exponit se morti magis eligens unam bonam actionem & magnam quam multas paruas, quasi ille actus fortitudinis in sumendo mortem preponderet multis alijs virtuosis operationibus. Et ideo quantum ad genus operis plus meretur minimus martyr, quam quicumque confessor: tamen quantum ad radicem operis potest confessor plus mereri, in quantum ex maiori charitate operatur: quia premium essentiale respondet radici charitatis, accidentale vero generi actus. inde est quod aliquis confessor potest aliquo martyre esse eminentior quantum ad premium essentiale, martyr tamen quantum ad premium accidentale.

Ad nonum dicendum, quod glossa illa loquitur de tribulatione secundum quod est voluta, vel voluntatem excitans.

Et similiter dicendum ad decimum.

Ad xi. dicendum, quod virgini quae corrumperetur propter Christum, ipsa corruptio foret meritoria, sicut aliae passiones martyrum: non quia corruptio ipsa esset voluntaria: sed quia eius antecedens esset voluntarium, scilicet permanere in confessione Christi, ad quod sequitur eam corrumptio. Et sic corruptio illa esset voluntaria, non voluntate absoluta, sed voluntate quasi conditionata, in quantum eligit magis hoc opprobrium, quam Christum negare.

Ad xii. dicendum, quod duplex est difficultas. vna est ex magnitudine facti & eius bonitate, & haec difficultas requiritur ad virtutem. Alia, quae est ex parte agentis in quantum est deficiens, vel impeditus circa rectas operationes, & hanc difficultatem vel tollit vel minuit virtus, & sic passiones difficultatem faciunt. prima ergo difficultas quae est ex parte facti, per se facit ad meritum, sicut bonitas actus: secunda vero quae est ex infirmitate operantis non facit ad meritum: nisi forte occasionaliter, in quantum est occasio maioris conatus. Non autem verum est hoc, quod Adā in primo statu non potuerit mereri si gratiam habuit, quamuis nihil impelleret ad malum: quia si persistisset, ad gloriam quandoque peruenisset, & constat, quod non sine merito. Nec Magister dicit quod mereri non potuisset in primo statu: sed dicit quod poterat vitare peccatum sine gratia ex hoc, quod nihil impellat ad malum, sine gratia vero nihil potest esse meritorium.

Ad xiii. dicendum, quod timor ille poenarum eternarum, qui est per se meritorius, est in voluntate, & non est passio proprie loquendo, ut ex praedictis patet: potest tamen in inferiori appetitu excitari passio timoris ex penis aeternis, vel per redundantiam ex superiori appetitu in inferiorē, vel per hoc quod conceptio intellectus de poenis aeternis format in imaginatione, & sic mouetur appetitus inferior per passionem timoris: sed hic timor non se habet ad meritum nisi per accidens, ut dictum est.

Ad xiiii. dicitur, quod premium correspondet merito quo ad commensurationem, quia secundum quantitatem meriti est quantitas praemij, non autem ei semper correspondet quo ad suppositum praecise: potest enim quis mereri alteri primam gratiam. Et ita in proposito corpus praemiabitur, non quia ipsum corpus

mererit: sed quia anima per voluntatem meretur aliquam gloriam corpori.

Ad xv. dicendum, quod loquendo de difficultate ex parte nostra, sic passiones difficultatem habent magis quam actus voluntatis: sed sic difficultas non facit ad meritum nisi per accidens, ut dictum est, & similiter nec passiones: sed loquendo de difficultate quae est excellētia vel bonitate rei quae per se facit ad meritum, sic est maior difficultas ex parte actus voluntatis.

Ad xvi. dicendum, quod passiones sunt meritoriae in quantum sunt effectus & iudicia bonae voluntatis, sicut patet de verecundia, quae indicat voluntatem hominis repugnare turpitudini peccati, & misericordia quae est dilectionis signum. Et ideo quandoque a sanctis nomina harum passionum accipiuntur pro habitibus, quibus voluntas allicitur, quae est harum passionum principium.

Ad xvii. dicendum, quod primi motus non habent perfectam rationem peccati, vel demeriti: sed sunt quasi quaedam dispositiones ad demeritum, sicut veniale est dispositio ad mortale. unde non oportet quod primi motus sensualitatis sint secundum se merita: quia meritum non potest esse nisi actus voluntarius, ut dictum est: passiones autem istae dicuntur interdum vicia, in quantum nominibus passionum, vel actus voluntatis designantur vel habitus. Etiam vicia contra naturam passionem nominantur: quamuis sint voluntarii actus in quantum per huiusmodi vicia mutata a suo ordine perturbantur.

Ad illud vero quod primo in contrariū obicit, dicendum, quod passionibus inuiti cedimus, non quantum ad consensum, cum eis non nisi voluntate consentiamus: sed quantum ad aliquam corporalem immutationem, sicut est risus, & stertus, & alia huiusmodi. Et ideo in quantum eius voluntate consentimus, vel dissentimus, sunt meritoriae vel demeritoriae.

Ad secundum dicendum, quod passiones inferioris appetitus quamuis aliquando praecedant actum voluntatis, non tamen semper: non enim immittuntur ordinantur appetitui sicut apprehensio. Nam intellectus noster accipit a sensu. unde operatio intellectus esse non potest, nisi praesente alio operatio sensus: voluntas autem non accipit ab appetitu inferiori, sed magis ipsum mouet. Et ideo non oportet quod actus voluntatis praecedat passio inferioris appetitus.

Ad tertium dicendum, quod quamuis passiones non sint laudabiles per se: possunt tamen esse laudabiles per accidens, ut dictum est.

Ad quartum dicendum, quod Christus per passionem suam meruit sibi quidem quidem gratiam corporis, quae, quamuis per alia praecedentia merita ruerit, tamen per quandam decentiam, proprie claritas resurrectionis est premium passionis: quia exaltatio proprium humilitatis praemium. Nobis autem meretur in quantum in sua passione pro peccato totius humani generis satisfecit, non autem per praecedentia operatio quamuis per ea nobis mereretur: poenalis autem ad satisfactionem requiritur per modum cuiusdam compensationis contra delectationem peccati.

Ad quintum dicendum, quod gloria corporis, Christus per passionem nec fecit de non debita debita, nec de minus debita magis debitam: fecit tamen alio modo debitam, quo prius non erat. Nec tamen sequitur quod magis debitam, hoc enim sequeretur, si causa debiti vel augetur vel multiplicaretur, si debiti sit quando duplici promissione obligatio augetur, quod in merito Christi non accidit: quia gloria eius non est augmentata.

Ca. 6. a me-
diato 5.

Ca. 8. decli-
nando ad fi-
nem 5.

In corp.art.

In corp.art.

Ad Sextum dicendum, qd difficultas per se impedit voluntarium: sed per accidens auget inquantum aliquis difficultati contra conatur. Ipsa tamen difficultas ad satisfactionem facit, ratione poenalitatis.

ARTICVLVS VII.

Utrum passio coniuncta merito diminuat ipsam.

PRIMO queritur, utrum passio adiuncta merito diminuat aliquid de merito. I. quis plus mereatur, utrum ille qui bene facit pauperi cum quadam compassione misericordiae, vel qui facit absq; omni passione ex solo iudicio rationis. Et videtur qd plus mereatur, qd facit ex solo iudicio rationis. Meritum n. peccato opponitur: sed plus peccat, qui ex sola electione facit peccatum, quam qui peccat ex passione instigatus. primus enim dicitur peccare ex certa malitia, secundus ex infirmitate. ergo plus mereatur, qui facit aliquid bonum ex solo iudicio rationis, quam qui facit cum aliqua passione misericordiae. Sed dicendum, qd ad hoc, quod aliquid sit meritum, vel actus virtutis, non solum requiritur bonum, quod fit, sed modus quo bene fiat, quod non potest esse sine affectione misericordiae.

¶ 2 Sed contra, Ad hoc quod aliquid actus bene fiat, tria requiruntur scilicet Philo. in 2. Ethico. I. voluntas eligens actum, ratio medium in actu constituens, relatio habitus in finem debitum. Haec autem omnia possunt esse sine passione misericordiae in eo, qd dat eleemosynam. ergo sine ea potest esse, non tantum id, quod fit, sed bene fieri: probatio media. Omnia enim tria praedicta fiunt per actum voluntatis, & rationis: sed actus voluntatis, & rationis non dependet a passione: quia ratio, & voluntas mouent inferiores vires in quibus sunt passiones, motio autem motoris non dependet a motu mobilis. ergo tria praedicta possunt esse sine passione.

¶ 3 Præterea. Ad actum virtutis discretio rationis exigitur. vnde Greg. dicit in Moralibus, quod nisi ceteræ virtutes ea, quæ appetunt prudenter agant, virtutes esse nequaquam possunt. Passiones autem omnes impediunt iudicium, vel discretionem rationis: vnde dicit Salustius in Catilinario, omnes homines, qui de rebus dubijs consultant ab ira, amore, odio, misericordia, vacuos esse debent: non enim animus facile verum prouidet, ubi afficiunt ista. ergo huiusmodi passiones diminunt de laude virtutis, & ita de merito.

¶ 4 Præterea. Concupiscibilis non minus impedit iudicium rationis, quam irascibilis: sed passio irascibilis actui virtutis adiuncta turbat iudicium rationis. vnde dicit Greg. quod ira per zelum turbat iudicium rationis. ergo &c.

¶ 5 Præterea. Virtus est dispositio perfecti ad optimum, ut dicitur in 7. Physico. ergo id magis est virtuosum in nobis per quod magis appropinquamus perfectis: sed Deo, & angelis magis assimilantur operantes ex iudicio rationis sine passione: Deus enim punit sine ira, & releuat passionem misericordiae, sine misericordiae passione. ergo magis est virtuosum facere bonum sine his passionibus.

¶ 6 Præterea. Virtutes purgati animi sunt ceteris digniores: sed sicut dicit Macrobius super somnium Scipionis, virtutes purgati animi faciunt passiones penitus obliuisci. ergo actus virtutis, sine passione factus, est laudabilior, & magis meritorius.

¶ 7 Præterea. Quâto amor charitatis in nobis est magis a carnali amore depuratus, tâto est laudabilior: non enim carnalis, sed spiritualis inter nos debet esse dile-

Actio, ut Augustinus dicit in regula: sed passio amoris cum quadam carnalitate est. ergo actus charitatis sine passione amoris est laudabilior, & eadem ratio est de alijs passionibus.

In 3. regula cap. 4. in fine como 3.

¶ 8 Præterea. Tullius dicit in lib. de Officiis benevolentiam non ardore quidem amoris, sed stabilitate mentis esse decet: ardor autem ad passionem pertinet, ergo passio diminuit laudem actus virtutis.

Ca. 4. a medio tom. 5.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in 14. de Ciuitate Dei, dum huius vitæ infirmitatem gerimus si passiones omnino nullas habeamus, tunc non recte viuimus, vituperabat enim & deridebatur Apostolus quosdam, quos etiam esse dixit sine affectione, culpauit illos satis Psalmista de quibus ait, Psal. 68. Sustinui qui simul contristaretur & non fuit, & sic videtur quod sine passionibus non possumus recte viuere.

¶ 2 Præterea. Augustinus dicit in 9. de Ciuitate Dei, irasci peccati ut corrigatur, contristari pro afflictio, ut liberetur, timere periclitanti, ne pereat, nescio, utrum quisquam sana consideratione reprehendat. Nam & misericordiam Stoicorum est solere culpam, & ita longe melius & humanius & piorum sensibus accommodatus locutus est Cicero ubi ait: nulla de virtutibus tuis nec admirabilior, nec gratior misericordia est, & sic idem quod prius.

Ca. 5. & lib. 14. c. 9. to. 5.

RESPON. Dicendum, quod passiones anime in duplici ordine se possunt habere ad voluntatem, vel ut precedentes, vel ut consequentes: ut precedentes quidem, in quantum passiones impellunt voluntatem ad aliquid volendum: ut consequentes vero, prout ex ipsa vehementia voluntatis per quandam redundantiam commouetur inferior appetitus ad has secundum has passiones, vel etiam in quantum ipsa voluntas has passiones procurat sponte & excitat. Secundum igitur quod sunt precedentes voluntati, sic diminuunt de ratione laudabilis: quia laudabilis est actus voluntatis, in quo est per rationem ordinatus in bonum secundum debitam mensuram & modum. Qui quidem modus & mensura non seruetur, nisi cum actio ex discretionem sit, quæ discretio non seruetur, cum homo ex impetu passionis ad aliquid volendum et sic sit bonum prouocatur: sed erit circa modum actionis, secundum quod impetus passionis est magnus uel paruus, & sic non nisi a casu continget quod debita mensura seruetur. Secundum uero quod consequuntur ad uoluntatem, sic non diminuunt laudem actus uel bonitatem: quia erunt moderatae secundum iudicium rationis, ex quo uoluntas sequitur: sed magis addunt ad bonitatem actus duplici ratione. primo per modum signi: quia passio ipsa consequens in inferiori appetitu est signum, quod fit motus uoluntatis in sensus: non enim potest esse in natura passibili quod uoluntas ad aliquid fortiter moueatur, quin sequatur aliqua passio in parte inferiori. Vnde dicit Augustinus in 14. de Ciuitate Dei, dum huius uitæ infirmitatem gerimus, si passiones nullas habemus non recte uiuimus. Et post pauca subiugit causam dicens. Nam omnino non dolere dum sumus in hoc loco misericordiae, non sine magna mercede contingit unanimitatis in animo, & stuporis in corpore. Secundo per modum adiutorij: quia quoniam uoluntas iudicio rationis aliquid eligit, proprius & facilius id agit, si cum hoc passio in inferiori parte exciteatur, eo quod appetitiua inferior est propinqua ad corporis motum. Vnde dicit Augustinus in 9. de Ciuitate Dei. Seruit autem motus misericordiae rationis, quoniam in ira probatur misericordia, ut iustitia conferuetur. Et hoc est quod Philosophus dicit in 3. Ethic. inducens uersum Homeri, uirtutem & furorem

In fine orationis pro Quinto ligario quæ in nouum crimen.

Cap. 9. a medio illius tomo 5.

Cap. 5. ante med. tom. 5.

Q. dist. S. Tho. NNN 2 erige,

erige, quia uidelicet, cum aliquis est uirtuosus uirtute fortitudinis, passio ire electionem uirtutis sequens facit ad maiorem promptitudinem actus: si autem præcederet, uirtutis modum perturbaret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod perfecta ratio laudabilis, & uituperabilis consistit in uoluntario, unde id quod minuit de ratione uoluntarij, diminuit rationem laudabilis in bono, & uituperabilis in malo. Passio autem præcedens electionem diminuit rationem uoluntarij, & ideo laudem boni actus, & uituperium mali diminuit: sed passio sequens est signum magnitudinis uoluntarij, ut dictum est, unde sicut in bono addit ad laudem, ita in malo ad uituperium. Ille autem ex passione peccare dicitur, in quo passio inducit ad electionem peccati. Qui autem ex electione peccati uirtu-
tationem peccati incidit, non dicitur ex passione peccare, sed cum passione. Verum est ergo, quod ex passione agere diminuit et potest utrumque augere.

AD SECUNDVM dicendum, quod motus uirtutis, qui consistit in perfecta uoluntate, non potest esse sine passione, non quia uoluntas ex passione dependat, sed quia in uoluntate perfecta in natura passibili ex necessitate passio sequitur.

AD TERTIVM dicendum, quod in opere uirtutis est necessaria & electio & executio. Ad electionem autem requiritur discretio, ad executionem promptitudo. Non autem determinatum est, requiritur promptitudo. Non autem requiritur multum, ut homo actualiter in executione operis existens multum circa opus meditetur: hoc enim ut Avicenna dicit in sua Metaphysica, potius officeret quam prodesset, sicut patet in citharedo qui multum impediretur si ad tactum singularium chordarum cogitationem apponeret, & similiter scriptor si in formatione singularium literarum cogitaret. Et inde est, quod passio electionem præueniens impedit actum uirtutis in quantum impedit iudicium rationis, quod necessarium est in eligendo: postquam uero puro iudicio rationis iam electio est perfecta, passio sequens plus prodest quam noceat: quia si in aliquo turbet iudicium rationis, facit tamen ad promptitudinem executionis.

Et per hoc patet solutio ad quartum.
AD QVINTVM dicendum, quod Deus & angeli non sunt susceptivi passionis, & ideo ex uoluntate perfecta in eis nulla passio sequitur: sequeretur autem, si passiones capaces essent. Et propter hoc ex quadam operum similitudine consuetudine locutionis humana in angelos usurpantur, non propter aliquam affectionem infirmitatum.

AD SEXTVM dicendum, quod illi qui habent uirtutes purgati animi, sunt aliquo modo immunes a passionibus inclinatis in contrarium eius, quod eligit uirtus, & iterum a passionibus inducentibus uoluntatem, non autem a passionibus uoluntatem consequentibus.

AD SEPTIMVM dicendum, quod ad carnaliter dilectionis pertinet, si passio amoris dilectionem uoluntatis præcedat, non autem si sequatur: hoc enim ad feruorem pertinet charitatis, qui in hoc consistit, quod dilectio quæ est in superiori parte, sui uehementia usque ad permutationem inferioris partis redundat.

Et per hoc patet solutio ad octauum.

ARTICVLVS VIII.

Utrum passiones in Christo fuerint.

3. p. q. 15. art. 4. cap. 16. circa med. tom. 3.

OCCTAVO queritur, utrum huiusmodi passiones in Christo fuerint. Et uidetur quod non, quia secundum Augustinum 12. de Trinitate, omne agens est præstantius patiente: sed nullum creatum est præstan-

tius anima Christi, ergo in anima Christi non potuit esse aliqua passio.

¶ 1. Præter. Secundum Macrobius, fortitudinis purgati animi est passiones ignorare, non vincere: sed Christus habuit maxime uirtutes animi purgati, ergo in eo huiusmodi passiones non fuerunt.

¶ 3. Præter. Secundum Damascum, passio est motus appetitiuæ per suspensionem boni, vel mali: sed in Christo non fuit suspensio, hæc enim ad ignorantiam pertinet, ergo in Christo non fuit aliqua passio animæ.

¶ 4. Præter. Secundum Augustinum passio est motus animi contra rationem: sed in Christo nullus motus fuit contra rationem, ergo in Christo non fuit aliqua passio animæ.

¶ 5. Præter. Christus quantum ad animam non est angelus minoratus, sed solummodo quantum ad infirmitatem carnis: sed in angelis passiones non sunt, ut Augustinus dicit in 9. de Ciuitate Dei, ergo, nec in anima Christi fuerunt.

¶ 6. Præter. Christus fuit perfectior secundum animam, quam homo in primo statu: sed homo in primo statu habuit passionibus subiectus non erat, quia, ut dicit Augustinus in Ciuitate Dei, ad uitæ presentis pertinet infirmitas in quibuscumque bonis officijs, huiusmodi perpetui affectus: infirmitas autem in primo statu non fuit, ergo nec in Christo huiusmodi passiones fuerunt.

¶ 7. Præter. Secundum Augustinum dolor est sensus diuisionis, vel corruptionis: sed in Christo, neque fuit sensus corruptio, neque diuisio, quia, ut dicit Hilarius, ab omni uim poenæ sine sensu poenæ: neque fuit in eo diuisio, vel corruptio, quia a summo bono nulla dependit.

¶ 8. Præter. Vbi est eadem causa, & idem effectus, sed in corporibus sanctorum non erit aliqua passio propter hanc causam: quia erunt a somite separata, & animabus gloriosis unita, cum ergo hoc fuerit in corpore Christi, uideatur quod non potuerit esse in eo corporalis passionis dolor.

¶ 9. Præter. Nullus dolere, vel tristari, nisi de sui boni amissione, propter hoc enim, & malum est contrarium stabile, quia admittit bonum: sed bonum hominis est uirtus, hoc enim solo homo efficitur bonus, ergo cum in Christo istud bonum ademptum non fuerit, in eo tristitia, vel dolor non fuit.

¶ 10. Præter. Secundum Augustinum 14. de Ciuitate Dei, cum dicitur, sentimus ab eo, quod nolentibus accidit, talis uoluntas tristitia est: sed in Christo nihil accidit, quod ipse noluerit, ergo in Christo passio tristitiæ, vel doloris non fuit.

¶ 11. Præter. Nullus rationabiliter tristatur, vel dolere, nisi propter aliquam laesionem: sed sicut præbatur Chrysostomus, nullus læditur, nisi a seipso, quod quidem sapientissimus, tristitia in eo non fuit.

¶ 12. Præter. Augustinus dicit, quod recta uoluntas non solum inculpabilis, uerum laudabilis habet motus: sed in Christo fuit recta uoluntas, ergo in eo isti motus fuerunt.

¶ 13. Præter. In Christo fuerunt defectus huius uitæ, qui perfectioni gratiæ non repugnant: sed huiusmodi passiones non repugnant perfectioni gratiæ, sed magis a gratia causantur, ut patet per Augustinum 24. de Ciuitate Dei: hi enim affectus de amore bono, & de sancta charitate ueniunt, ergo huiusmodi passiones in Christo fuerunt.

¶ 14. Præter. Dicendum, quod passiones iste aliter sunt in peccatoribus, aliter in iustis, & perfectis, & in peccatis, aliter in Christo homine, aliter in primo homine.

¶ 15. Præter. Dicendum, quod passiones iste aliter sunt in peccatoribus, aliter in iustis, & perfectis, & in peccatis, aliter in Christo homine, aliter in primo homine.

¶ 16. Præter. Dicendum, quod passiones iste aliter sunt in peccatoribus, aliter in iustis, & perfectis, & in peccatis, aliter in Christo homine, aliter in primo homine.

¶ 17. Præter. Dicendum, quod passiones iste aliter sunt in peccatoribus, aliter in iustis, & perfectis, & in peccatis, aliter in Christo homine, aliter in primo homine.

¶ 18. Præter. Dicendum, quod passiones iste aliter sunt in peccatoribus, aliter in iustis, & perfectis, & in peccatis, aliter in Christo homine, aliter in primo homine.

¶ 19. Præter. Dicendum, quod passiones iste aliter sunt in peccatoribus, aliter in iustis, & perfectis, & in peccatis, aliter in Christo homine, aliter in primo homine.

¶ 20. Præter. Dicendum, quod passiones iste aliter sunt in peccatoribus, aliter in iustis, & perfectis, & in peccatis, aliter in Christo homine, aliter in primo homine.

mine & beatis. In Angelis enim & Deo omnino non sunt: quia vis appetitiva sensibilis in eis non est, cuius sunt motus huiusmodi passiones. Ad dictorum autem evidentiam sciendum est, quod huiusmodi passiones animi quatuor differentiis distingui possunt, secundum quam distinctionem magis vel minus proprie passionis rationem habent. Primo ex hoc, quod aliquis afficitur passione animi per id, quod est contrarium sive nocivum, vel per id quod est conveniens & proficuum: magis saluatur ratio passionis quando affectio sequitur ex nocivo quam si sequatur ex proficuo, propter hoc quod passio importat quandam transmutationem patientis a sua naturali dispositione in contrarium dispositionem. Et inde est, quod dolor & tristitia & timor, & alia huiusmodi passiones, quæ sunt respectu mali, habent rationem passionis magis quam gaudium & amor, & alia huiusmodi, quæ sunt respectu boni, quamvis in his ratio passionis saluetur, secundum quod cor per huiusmodi dilatur vel accenditur, vel qualitercumque disponitur aliter quam sit eius communis dispositio. Unde ex huiusmodi affectionibus, aliquem mori contingit. Secundo per hoc, quod passio totaliter est ab extrinseco, vel est ab aliquo principio intrinseco, magis tamen saluatur ratio passionis quam est ab extrinseco, quam quam est ab intrinseco. Ab extrinseco quidem est, quando passio subito concitatur ex occurssu alicuius convenientis vel nocivi. Ab intrinseco autem, quando ex ipsa voluntate passiones istæ causantur per modum, qui est dictus, & tunc non sunt subite, cum sequantur iudicium rationis. Tertio ex hoc, quod aliquid vel totaliter transmutatur, vel non totaliter. Quod enim aliquando alteratur & non totaliter transmutatur, non ita proprie pati dicimus, sicut quod totaliter in contrarium transmutatur: magis proprie dicimus hominem pati infirmitatem, si totum corpus eius infirmetur, quam si morbus accidat in aliqua eius parte. Tunc autem totaliter homo per huiusmodi affectus transmutatur, quando non solum in appetitu inferiori, sed etiam ad se & superiorem. Quando vero in solo appetitu inferiori sunt, tunc homo immutatur eis quasi secundum partem. Unde sic dicuntur proprie passiones, primo autem modo passiones. Quarto per hoc transmutatio est remissa vel intensa. Remissa, si transmutationes minus proprie passiones vocantur, unde Damascenus dicit in 3. lib. non omnes motus passivi passio vocantur, sed qui sunt vehementiores, & in sensum procedentes: qui enim sunt parvi & insensibiles, non sunt passiones. Sciendum est ergo, quod in hominibus in statu viæ, si sunt peccatores, sunt passiones respectu boni & respectu mali non solum preiuste, sed subite & intense & frequenter & precepe. Unde dicitur passiones sectatores in 1. Ethic. In iustis vero nunquam sunt perfectæ: quia ratio in eis nunquam deditur a passionibus. Sunt tamen vehementes in imperfectis sed imperfectis sunt debiles, inferioribus viribus per habitum virtutum moralium refrigeratis: habent tamen passiones, non solum pravitas, sed subitas: & non solum respectu boni, sed respectu mali. In beatis vero, & in homine in primo statu, & in Christo secundum statum infirmitatis, huiusmodi passiones nunquam sunt subite: eo quod propter perfectionem boni in eis inferiorum virium ad superiores nullus motus exurgit in appetitu inferiori, nisi secundum dictamen rationis. Unde dicit Damascenus in 3. lib. non precedebant in domino voluntatem naturalem: sed volens effici, volens immutari, & similiter intelligendum est de beatis post

A resurrectione, & de hominibus in primo statu: sed hoc interest, quod in Christo non solum fuerunt passiones respectu boni, sed respectu mali: habebat enim corpus passibile, & ideo ex imaginatione nocivi naturaliter passio timoris, & tristitia, & huiusmodi in eo poterant esse. Sed in primo statu, & in beatis non potest esse apprehensio alicuius, vel nocivi: & ideo in eis non est passio, nisi respectu boni, sicut amor gaudium, & huiusmodi, non autem tristitia, vel timor, aut ira, vel aliquid tale. Sic ergo concedimus veras passiones in Christo fuisse. unde dicit Augustinus 14. de Civitate Dei. Christus hos motus certissime dispensationis gratia ita cum voluit suscepit animo humano, sicut cum voluit factus est homo.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod non oportet agens esse simpliciter præstantius patiente, sed secundum quid, scilicet in quantum est agens. Et sic nihil prohibet obiectum animæ Christi esse ea præstantius, in quantum est actuum, & anima Christi aliquam habet passivam potentiam.

AD SECUNDUM dicendum, quod secundum Augustinum 9. de Civitate Dei, circa hoc fuit contentio inter Stoicos, & Peripateticos, quæ tamen magis videbatur esse secundum vocem, quam secundum rem. Nam Stoici dicebant, huiusmodi passiones nullo modo esse in animo sapientis. Sapientem autem eum dicebant, qui perfectus est in virtutibus, quasi habens animi purgati virtutem. Peripatetici vero dicunt has passiones animi in sapientem cadere: sed moderatas ratione subiectas. Probat autem Augustinus ex cuiusdam Stoici confessione, quod Stoici volebant huiusmodi affectus subitos in animo sapientis esse, sine hoc tamen quod approbentur, vel quod eis consentiatur. Quos quidem, passiones non dicebant, sed quasi visa, vel phantasias. Unde patet quod secundum rem Stoici nihil aliud quam Peripatetici dicebant, sed erat tantummodo in verbis dissonantia: quia quod Peripatetici passiones nominabant, Stoici appellabant aliter. Sic ergo secundum Stoicorum sententiam Macrobius, & Plotinus dicunt passiones cum virtute purgati animi non esse, non quia non sint aliqui subiti motus passionum in huiusmodi virtuosus, sed quia nec rationem trahunt, nec adeo vehementes sunt, quod pacem multum perturbent, secundum quod Philosophus dicit in 7. Ethic. quod concupiscentiæ in temperatis non sunt fortes, sicut sunt in continentibus, quamvis in neutris ratio ad consensum trahatur. Vel potest dici, & melius, quod cum huiusmodi passiones ex bono, & malo oriuntur, distinguenda sunt secundum differentiam bonorum, & malorum. Sunt enim quedam bona, & mala naturalia, sicut cibis potus sanitas, vel ægritudo corporis, & alia huiusmodi. Quedam vero non naturalia, sicut divitiarum honores, & alia huiusmodi, circa quæ vita civilis versatur. Distingunt autem Plotinus, & Macrobius virtutes purgati animi contra virtutes politicas. Ex quo patet, quod virtutes purgati animi ponuntur in illis, quod totaliter sunt a civili conversatione remoti, soli contemplationi sapientiæ vacantes. Et ideo in eis non sequuntur aliquæ passiones ex bonis, vel malis civilibus: non tamen sunt immunes ab illis passionibus, quæ sequuntur bona, vel mala naturalia.

AD TERTIUM dicendum, quod quicquid causatur ex debili causa, potest ex fortiori causa causari. Extimatio autem causata est fortiori causa ad excitandas passiones, quod suspicio. Unde Damascenus posuit illud minimum ex quo potest causari passio, per hoc datus intelligere, quod ex fortiori causa, fortius causatur.

Cap. 9. circa mediū. 10. 5.

Cap. 4. 10. 5.

9 de Civitate Dei cap. 4. 10. 5.

Lib. 1. in somniis Scipionis parvo ante medium, & Plotinus in lib. de virtutibus cap. 3. & sequens.

Locis huiusmodi dicitur.

Cap. 9. a me-
sio illius
tom. 5.

AD QVARTVM dicendum, qd fm August. 14. de Civit. Dei, impassibilitas dupliciter dicitur. Vno modo, fm quod priuat affectiones, quæ accidunt contra rōnem, & mentem perturbant. Alio modo, fm qd excludit omnem affectum. Accipitur ergo passio in prædicta auctoritate secundum quod primæ impassibilitati opponitur, non autem fm, quod opponitur secundæ, & sic solummodo in Christo fuit.

AD QVINTVM dicendum, qd Christus fm animā intellectiuam fuit angelis superior, habuit tamē appetitum sensitiuum, secundum quem passiones ei inesse poterant quem angeli non habent.

AD SEXTVM dicendū, qd in primo homine fuerūt aliquæ passiones, vt gaudiū, & amor quæ sunt respectu boni, nō autē dolor, vel timor quæ sunt respectu mali, & hæc ad præsentē infirmitatē pertinet, quā Adā non habuit, Christus autem voluntarie assumpsit.

AD SEPTIMVM dicendū, qd in Christo fuit verale sio corporis, & verus sensus lesionis: ipse. n. fm diuinitatē est summū bonū cui nihil subtrahi pōt, non autem fm corpus. Verbum autē Hilarij, vt qdam dicunt, postmodū est ab ipso retractatum. Vel pōt dici, quod ideo dici Christū sensum pœnæ non habuisse, non quia pœnā non sentierit, sed quia sensus iste non peruenit vsque ad rationem immutandā.

AD OCTAVVM dicendū, qd ex hoc ipso, qd anima glorificata est fm cōmūnem cursum, corpus ei vnitum gloriosum efficitur, & impassibile lesionis. vnde dicit Aug. in epistola ad Dioscorum. Tam potenti natura Deus fecit animā, vt ex eius plenissima beatitudine, quæ in fine tēporum sanctis pmititur, redūderet in inferiorē naturā, quod est corpus, non beatitudo quæ fruētis, & incorruptionis vigor. Sed Christus in sua potestate habens animam suam, & corpus, propter virtutē diuinitatis ex quadam dispensatione, & habebat in anima beatitudinē, & incorpore passibilitatem, verbo permittere corpori id, quod est sibi proprium, vt Damasc. dicit. vnde singulare fuit in Christo, vt ex plenitudine beatitudinis animæ non redundaret gloria in corpus.

AD NONVM dicendū, quod bonū hominis. Stoici non appellabant nisi illud, quo homines boni dicuntur, scilicet virtutes animi. Reliqua vero sicut corporalia, & ea quæ sunt fortunæ exterioris, non appellabant bona: sed commoda, quæ tamen Peripatetici bona appellabant, sed minima: virtutes autem maxima bona. Quæ differentia non erat, nisi secundum nomina. Sicut enim ex minimis bonis secundum Peripateticos, ita ex commodis secundum Stoicos aliqui motus in animo sapientis oriuntur, licet non rationem perturbantes. Et sic nō est verum, quod in animo sapientis ex solo defectu virtutis possit tristitia oriri.

AD X. dicendū, qd quāuis latio corporis in Christo non fuerit nolente ratione, fuit tamen contra appetitum sensualitatis, & sic fuit ibi tristitia.

AD XI. dicendū, quod Chryostomus loquitur de latione qua aliquis efficitur miser: qua scilicet priuatur bono virtutis. Non autē ex sola tali latione passio tristitiæ in sapientem oritur, vt dictum est. vnde ratio sequitur.

ARTICVLVS IX.

Vtrum doloris passio fuerit in anima Christi, quantum ad superiorem rationem.

NONO queritur, vtrum passio doloris fuerit in aia Christi quantum ad superiorem rationē. Et

videtur quod non. Tunc enim homo conturbaretur & a passione deducitur, quando commotio passionis vsque ad rōnem pertingit: perturbari autē & a passione deduci, nō est aliquid sapientis. cū ergo Christus fuerit sapiētissimus, videtur quod in ipso dolor vsque ad superiorem rationem non peruenit.

¶ 2 Præt. Vnaquæque potentia delectari dicitur secundum conuenientiam proprii obiecti. ergo & dolor alicui potentia attribui non debet, nisi propter nocumentum quod accidit ex parte obiecti: sed respectu rerum æternarum quæ sunt superioris rationis obiecta, Christus nullum defectum, vel impedimentum patiebatur. ergo in superiori ratione Christi, passio doloris non fuit.

¶ 3 Præt. Secundum Aug. 14. de Civ. Dei, dolor pertinet ad corporales passiones. ergo dolor non pertinet ad aiam nisi secundum quod est corpori cōiuncta: sed secundū rōnem superiorem anima corpori non coniungitur, cum secundum Philos. 3. de anima, intellectus nullius corporis actus sit. ergo in ratione superiori dolor esse non potest. Sed dicendū, quod ratio superior non coniungitur corpori per operationem, coniungitur tamen ei, ut forma.

¶ 4 SED CONTRA, Secundum Philos. in lib. de Som. & Vig. eiusdem est potentia & actio. si ergo actio intellectus est animæ absque communicatione corporis, & potentia intellectiua erit animæ non secundum quod coniungitur corpori, & ita ratio superior non erit corpori coniuncta, ut forma.

¶ 5 Præt. Secundum Damasc. passio est moralis rationalis animæ & appetitiuæ: sed dolor & tristitia huiusmodi sunt quædam passiones, ergo in parte superioris rationis non fuerunt in Christo.

¶ 6 Præt. Secundum August. 14. de Civit. Dei, dolor vel tristitia est eorum, quæ nobis nolentibus accidunt: sed Christus per superiorem rationem volebat suam passionem corporalem, neque aliquid contra eius voluntatem accidit, quæ perfectiōne diuinæ voluntati erat conformis. ergo in superiori ratione in Christo tristitia, vel dolor non fuit. Sed dicendum, quod ratio superior, ut ratio, volebat corporis passionem, non autem, ut natura.

¶ 7 Sed contra. Eadē potētia est ratio, ut est cōsiderata & ut natura: diuersa enim cōsideratio substantiæ rei nō variat. si ergo rō superior, ut ratio, volebat & ut natura volebat. eadē potētia simul & ut mel aliqd volebat & volebat, quod est impossibile.

¶ 8 Præt. Secūdu Philos. delectationi quæ est in cōsiderādo, nulla tristitia est opposita vel cōtraria: delectatio autē superioris rōnis est in cōtemplando æterna. ergo in ea nō pōt esse aliquis dolor vel tristitia: hæc. n. tristitia siue dolor delectationi cōtrarietate opponeret, & ita in anima Christi, secūdu superioris rationē passio doloris vel tristitiæ non fuit.

¶ SED CONTRA est, quod in Psal. 75. dicitur. Repleta est malis anima mea. glossa non vitij: sed doloribus. ergo in qualibet parte animæ Christi fuit dolor, & ita in superiori ratione.

¶ 2 Præt. Satisfactio respondet culpæ: sed Christus sua passione satisfecit pro culpa primi hominis. cū ergo culpa illa peruenit vsque ad superiorem rationem, & passio Christi ad superiorem rationem debuit peruenire.

¶ 3 Præt. Vt dicit glossa sup illud. Repleta est malis aia mea, aia dolendo compatitur corpori cui unita: sed rō, ut rō, dicit respectum ad corpus: quod patet ex hoc quod in angelis q non habent corpora sunt natura.

Epist. 76. 2. n.
te mediū
tom. 2.

Lib. 9. ca. 15.
a medio. &
18. & 19.

3. p. q. 15.
art. 5.

naturaliter unita non dicimus rationem, sed intel-
lectum, in animabus autē corporibus unitis dicimus
rationem, ergo in superiori ratione, vt est ratio, fuit
dolor passionis Christi.

¶ 4 Præ. Tota aia est in Aug. est in toto corpore, er-
go quilibet pars eius est corpori unita: sed rō supe-
rior, vt rō est quādā pars aia: ergo est corpori vni-
ta, & ira cōpatitur per dolorem corpori cōpatietur.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut ex prædictis patet,
duplex est passio, qua anima per accidens patitur.
Vna corporalis, q̄ incipit a corpore & terminat ad
aiam secundum quod est corpori unita. Alia vero
est passio aialis, quæ causatur ex hoc, quod anima a-
liquid apprehendit ex quo appetitus mouet, cuius

motum sequitur quædā trāsmutatio corporalis. Lo-
quendo ergo de prima passione, ad quā pertinet do-
lor secundum Aug. sic dicendū est, quod dolor pas-
sionis Christi quodammodo fuit in superiori ratione

ipsius, & quodammodo non. Sūt enim duo in do-
lore, scilicet, & læsionis experimentalis perceptio:
læsiō quidem principaliter est in corpore, sed con-
sequenter in aia in quantum corpori unitur. Vnitur
autem aia corpori per suam essentiam. In essentia
vero aia omnes potentie radicantur. Et secundū
hoc illa læsiō ad aiam & ad oēs partes eius in Chris-
to, pertinebat etiam ad superiorem rationem, sicut

quod in essentia animæ fundatur. Experimentalis
autem perceptio læsionis ad solum sensum tactus
pertinet, ut supra dictū est, loquendo vero de passio-
ne animalis, in illa sola parte animæ potest esse tristi-
tia, q̄ est passio aialis proprie, ex cuius obiecto tristi-
tia contingit, per cuius apprehensionē & appetitū
tristitia contingit. Ex obiecto autē superioris ratio-
nis in aia Christi nulla ratio tristitiæ accedere poterat, sicut

ex parte æternorum, quibus perfectissime frueba-
tur. Et ideo tristitia aialis in superiori ratione ani-
mæ Christi esse non potuit. patiebatur ergo supe-
rior ratio in Christo dolore corporali, secundum
quod in essentia aia radicatur, non autem patieba-
tur tristitia animalis, secundum quod per actum pro-
prium ad æterna conspicienda respiciebat.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod tunc homo
perturbatur, & a passione deducitur, quando ratio
in propria operatione sequitur inclinationes pas-
sionis consentiendo & eligendo. dolor autem cor-
poralis non peruenit ad superiorem rationem ani-
mæ Christi immutando eius propriam rationem:
sed solummodo, ut radicatur in essentia, ut dictum
est, & ideo ratio non sequitur.

AD SECUNDUM dicendū, q̄ quamuis dolor nō fue-
rit in superiori ratione animæ Christi per comparationē
ad propriū obiectū, fuit tñ in ea secundū quod com-
paratur ad propriā radicē, quæ est animæ essentia.

AD TERTIUM dicendum, q̄ potentia potest esse actus
corporis dupliciter. Vno modo, in quantum est poten-
tia quædam. Et sic dicitur esse actus corporis in quantum in-
format aliquod organum corporale ad actum pro-
prium exequendū: sicut potentia uisus na perficit ocu-
lum ad exequendū actum uisionis. Et sic intellectus
nō est actus corporis. Alio modo, ratione essentia
in qua fundatur. Et sic tam intellectus quam alia po-
tentia corpori coniunguntur, ut forma, in quantum sūt
in anima, quæ per sui essentiam est corporis forma.

AD QUARTUM dicendum, quod illa obiectio pro-
cedit secundum rationem potentia, non autem se-
cundum quod in essentia anima radicatur.

AD QUINTUM dicendū, q̄ Dama. loquitur de passio-

ne animalis, quæ quæ passio sicut in proprio subie-
cto est in appetitiua sensuali: sed est in apprehensiua
quali causaliter, in quantum ex obiecto appreheso mo-
tus passionis in appetitiua consurgit. Sunt autē & in
appetitu superiori aliqua operationes consimiles
passionibus inferioris appetitus, ratione cuius simili-
tudinis nomina passionum aliquando angelis, vel

Deo attribuntur, vt August. dicit 9. de Ciu. Dei. Et p-
hunc modum quandoq; tristitia dicitur esse in superio-
ri ratione quantum ad apprehensiuam, & appetiti-
uam. Sic tamen non dicimus fuisse dolorem in su-
periori ratione animæ Christi: sed secundum, quod
in essentia animæ radicatur, vt dictum est.

AD SEXTUM dicendū, q̄ obiectio illa probat in
ratione superiori non fuisse dolorem, secundum quod
per propriam operationem ad suum obiectum cō-
paratur: sic enim nihil ea nolente accidit.

AD SEPTIMUM dicendū, q̄ distinctio illa qua distin-
guitur rō, vt ratio, & ratio, vt natura, dupliciter po-
test intelligi. Vno modo, ita quod rō, vt natura, di-
catur rō sicut quod est natura creaturæ rationalis,
prout scilicet fundata in essentia aia dat esse natu-
rale corpori: ratio vero, vt rō, dicatur secundū id,
quod est proprium rationis in quantum est ratio, &
hoc est actus eius, quia potentia definiuntur per
actus. Quia igitur dolor non est in superiori ratio-
ne prout in actum proprium cōparatur ad obie-
ctum, sed secundum quod in essentia animæ radica-
tur, ideo dicitur quod superior ratio patiebatur do-
lorem, vt natura, non autem vt ratio. Et est simile
de visu, qui fundatur super tactum, in quantum or-
ganum visus est organum tactus. vnde dupliciter
visus potest pati læsionem. Vno modo per actum
proprium, sicut cum ab excellenti luce visio obtū-
ditur, & hæc est passio visus, vt visus. Alio modo
prout fundatur in tactu, vt cum oculus pungitur,
vel aliquo calore dissoluitur. Et hoc non est passio
visus, vt est visus, sed vt est quidā tactus. Alio modo, po-
test intelligi prædicta distinctio, vt dicamus rationem,
vt naturā intelligi, secundum quod ratio compara-
tur ad ea, quæ naturaliter cognoscit, vel appetit. Ra-
tionē vero, vt rationem, secundum quod per quan-
dā collationē ordinatur ad aliquid cognoscendū,
vel appetendum, eo quod rationis est proprium con-
ferre. Sunt. n. quædam quæ, secundum se considera-
ta sunt fugienda, appetuntur vero sicut ordinem ad
aliud, sicut fames, & sitis secundum se considerata
sunt fugienda, prout autem considerata sunt, vt vilia
ad salutem animæ, vel corporis, sic appetuntur. Et sic
rō, vt ratio de eis gaudet, ratio vero vt natura, de eis
tristatur. Ita etiā passio corporalis Christi in se cō-
siderata fugienda erat. vnde rō vt natura de ea cōtri-
statur, & eam volebat, prout vero ordinabatur
ad salutē humani generis, sic bona erat, & appetibi-
lis, & sic ratio, vt ratio, eam volebat, & inde gaude-
bat: sed hoc non potest referri ad rationē superiorē,
sed ad inferiorē tantum, quæ his, quæ sunt corpo-
ris intendit sicut proprio obiecto. vnde in passione
corporis potest ferri, & absolute, & cum collatio-
ne: sed rō superior non intendit his, quæ sunt corpo-
ris sicut obiectis, sic. n. intendit solis æternis: ad
corporalia vero respicit de eis iudicando per rationes
æternas, quibus nō solum conspiciendis, sed cōsulē-
dis intendit. Et ita rō superior non respiciebat ad cor-
poris passionē in Christo, nisi in ordine ad rationes
æternas sicut quas de ea gaudebat in quantum erat
Deo placita. Vnde nullo modo ratione proprie ope-
ratur. dicitur S. Tho. NNN 4 ratio-

de Trinitate
n. 6. ad pro
p. 1. in fine to
1. 1. 1.

de Ciuitate
Dei. 9. in
fine. 5.

de habitibus
1. 1. 1.

de habitibus
1. 1. 1.

Christus
minis. et
em ratio
nem de

est malis
cui unit
quod patet
propterea
natura.

ca. 9. circa
nem. 10. 5.

in corp. ar.

rōnis tristitia, vel dolor in superiori rōne cadebat. Nō autē est incontinentiēns, vt eadem potētia idem velle in ordine ad alterum, qd non vult fm se: quia potest esse, quod id, quod non est in se bonum, ex ordine ad alterum accipiat quādam bonitatem, quamuis hoc non habeat locum in superiori rōne in Christo, respectu passionis corporis ad quā non ordinatur, nisi vt ad voluntatē, vt ex dictis patet.

In ista ex solut.

Ad OCTAVVM dicēdū, qd cōsideratio pot caulare delectationē dupliciter. Vno mō ex parte operationis, q̄ est cōsideratio: & sic delectationi quē est in considerando nulla tristitia opponitur, vel contrariatur: q̄ huic cōsiderationi quā est causa delectationis non est aliqua cōsideratio cōtraria, q̄ sit causa tristitia: oīs n. consideratio delectabilis est. Non sic autē est ex parte sensus: quia fm operationes sensus contingit, & tristitia, & dolor, sicut ex tactu conuenienti delectamur, ex tactu aut nocui, dolemus. Alio mō facit delectationē ex parte cōsiderati, in quantum, si aliquid cōsideratur, vt bonum vel vt malum. Et sic ex cōsideratione pot accidere delectatio, & tristitia contraria: sic enim, & ipsum non intelligere tristitiam caulat, in quantum cōsiderat, vt quoddā malum, secundum se vero non caulat, nisi negationem delectationis. Non tamen hoc modo dicimus dolorem esse in superiori ratione animæ Christi: sed prout in essentia animæ radicatur.

Ad ID VERO, quod primo in contrarium obijciatur, dicendum, qd gloss. non dicit, quod anima Christi sit repleta tristitia, sed quod est repleta doloribus secundum, quod compatitur corpori. Et sic non oportet, quod passio doloris pertineat ad rationē superiorem, nisi secundum quod est in essentia animæ: sic enim corpori vnitur.

Ad SECVNDVM dicēdū, qd passio Christi nō esset satisfactoria, nisi in quantum est voluntarie ex charitate suscepta. Et sic nō oportet, qd dolor sit i superiori parte rōnis Christi respectu proprie operationis, sicut in Adā fuit culpa p operationē superioris rōnis: quia ipse motus charitatis patiens, qui est in superiori parte rōnis, respondet in satisfactione ad id, quod fuit in culpa fm superiorem rationem.

Ad TERTIVM dicēdū, qd in rōne duo intelliguntur, scilicet participatio quādam intellectualis veritatis, & iterum intellectus obumbratio, vel defectus. Defectus ergo intellectualis virtutis consequitur animā secundum, quod vmbilis est corpori: sed intellectualis virtus inest ei secundum, quod non est sub corpore depressa, sicut alie formæ materiales. Et ideo cum operatio rationis inest animæ, secundum quā participat virtutem intellectualem, non exercetur talis operatio corpore mediante.

Ad QVARTVM dicendum, quod ratio, vt ratio, non nominat aliquam potentiam ab alijs distinctā a ratione, vt natura est, sed nominat quendam modum considerandi ipsam potentiam. Quamuis autem secundum aliquem modum considerandi passio non pertineat ad aliquam potentiam animæ, non tamen excluditur quin anima patiatur.

ARTICVLVS X.

Vtrum per dolorem passionis, qui in superiori ratione Christi erat, gaudium fruitionis impediretur, & e contra.

3. p. q. 46. art. 8.

DECIMO queritur, vtrū per dolorem passionis, quod erat in superiori ratione Christi, impediretur gaudium fruitionis, & e converso. Et videtur quod sic. Beatitudo enim magis proprie est in anima, quā in corpore: sed corpus nō pot dici beatū, vel glorio-

sum simul dū patit: quia impassibilitas ad gloria corporis pertinet, ergo nec in rōne superiori. Christi potuit esse simul passio doloris & gaudii fruitionis.

¶ 2. Pre. Philosoph. dicit in 7. Eth. quod delectatio quālibet expellit tristitiam contrariam, si autē vehementer sit, expellit omnem tristitiam: sed delectatio quālibet superior ratio anime Christi fruebatur diuinitate fuit vehementissima, ergo expulit a Christo omnē tristitiam & dolorem.

¶ 3. Pre. Ratio superior limpidius contempletur, sicut Paulus in rapto: sed ex ueri cōtemplatione anima Pauli abstracta fuit a corpore nō solum quantum ad operationem rōnis, sed etiam quantum ad operationes sensibiles. ergo & Christus nec secundum rōnem nec secundum sensum, aliquem dolorem sustinuit.

¶ 4. Pre. Ex forti causa sequitur fortis effectus: sed operatio anime est causa corporalis immutationis, sicut patet quod ex imaginatione retribuitur, vel delectabilis corpus disponitur ad frigus vel ad caliditatem, cum ergo in anima quantum ad superiorem rationem fuerit vehementissimum gaudium, videtur quod corpus fuerit ex hoc gaudio immutatum, & ita dolor nō potuit esse nec in corpore, nec in superiori ratione, secundum quod est corpori vnita.

¶ 5. Pre. Visio Dei in sua essentia est efficacior, quā visio Dei in subiecta creatura: sed visio quā mouit Deū in subiecta creatura, fecit, ut non afficeretur fame quadragenario ieiunio, ergo multo fortius visio Dei in sua essentia quā Christo conuenienter secundum superiorem rationem, omnem corporalem afflictionem remouit, & sic idem quod prius.

¶ 6. Pre. Idem quod est in summo, a quo nō potest fieri recessus, non patitur cōtrariū perturbationem, sicut calor ignis qui est in summo non patitur permissiōem frigoris, quamuis calor ille sit transmutabilis: sed gaudium fruitionis fuit in suspensione ratione in summo, etiam immutabiliter, ergo nō potuit ibi aliqua permissio doloris.

¶ 7. Pre. Homo beatificatur & secundum animam, & secundum corpus: utramque autem beatitudinē peccatū amisit, in Christo autē fuit restituta humana natura ad beatitudinem anime, quā cōstituit in hoc quod superior rō diuinitate fruebatur, ergo multo magis fuit restituta ad beatitudinem corporis immutabilis, & ita et nec fm corp⁹ in eo dolor fuit, & nec in rōne superiori, secundū quod corpori vnitur.

¶ 8. Pre. Sicut anima Christi vnitur uerbo, ita & caro eius: sed si caro eius esset glorificata per vnionē ad uerbum, non posset in ea esse aliquis dolor, ergo quia superior ratio sit beatificata per vnionē ad uerbum, non poterat in ea esse aliquis dolor.

¶ 9. Pre. Secundum Aug. 12. super Genes. ad litteram, gaudium & dolor per essentiam sunt in anima, gaudium autem & dolor sunt contraria, cum ergo cōtraria non possint esse in eodem fm essentiam, videtur quod in superiori parte rationis nō simul potuerit esse gaudium fruitionis, & dolor passionis.

¶ 10. Pre. Dolor sequitur ex apprehensione non conueniens, sed non ui, gaudium ex apprehensione conueniens: sed nō est possibile simul apprehendere non conueniens, quia contingit unum solum intelligere, secundum Philosophum. ergo in ratione superiori nō potuit esse simul dolor & gaudium.

¶ 11. Pre. Manus posse habet in natura integra ratio supra sensualitatem, quam in natura corrupta sensualitas supra rationem: sed in natura corrupta sensualitas trahit post se rationem, ergo multo fortius in

in Christo, in quo natura humana fuit integra, ratio trahebat post se sensualitatem, sed tota sensualitas erat particeps gaudij fruitionis quod erat in ratione, ex quo videtur quod anima Christi totaliter erat experta doloris.

¶ 12 Præ. Maior est infirmitas contracta quam assumpta, & similiter potior est vnio in persona quã vnio per gratiam: sed in tribus pueris qui habebant infirmitatem contractam, vnio Dei per gratiam eorum corpora a lesione ignis impassibilia seruauit, ergo multo fortius in Christo, qui non habuit nisi infirmitatē assumptam, vnio in persona verbi Dei, & fruitio ipsius conseruauit rationem immunitem a dolore passionis.

¶ 13 Præ. Gaudiū fruitionis in superiori rōne est p hoc, quod ad Deum conuertitur, dolor autem passionis per hoc quod conuertitur ad corpus: quia simplex ad quod conuertitur, totum conuertitur, ergo in ratione superiori Christi non potuit esse simul gaudiū fruitionis & dolor passionis. Sed dicendum, quod in Christo fuit duplex status, scilicet viatoris & comprehensoris, & secundum hos duos status, sic potuit inesse ei gaudiū fruitionis & dolor passionis.

¶ 14 Sed cōtra. Duplex status Christi nec aufert cōtrarietate quæ est inter gaudiū & dolorē, nec subiectum gaudiij & doloris diuersificat: cōtraria autem non possunt esse in eodē subiecto, ergo duplex status Christi non facit quod simul possit inesse ei secundum superiorem rationem, dolor & gaudiū.

¶ 15 Præ. Status viatoris & cōprehensoris, aut fuit cōtrarij, aut non: si sunt cōtrarij, ergo simul inesse Christo non possunt: si autem non sunt cōtrarij, cū cōtrariorum sint cōtraria causa, vñ quod duplex status nō possit esse causa per quam Christo simul insint gaudiū, & dolor, quæ sunt cōtraria.

¶ 16 Præ. Quando vna potentia intenditur in suo actū, alia ab actu retrahitur, multo ergo fortius quã vna potentia est intēsa in vno actu, retrahitur ipsa ab alio: sed in rōne superiori fuit gaudiū intensum, ergo per hoc omnino a dolore retrahēbatur. Sed dicendum quod dolor erat materialis respectu gaudij, vnde per dolorem gaudiū non impediebatur.

¶ 17 Sed cōtra. Dolor erat de passione corporis, gaudiū erat de visione Dei, ergo dolor passionis non erat materialis respectu gaudij fruitionis, & sic dolor & gaudiū in ratione superiori Christi simul esse non poterunt.

SED CONTRA. Secundum proportionem causarum est proportio effectuum: sed vnio animæ Christi ad corpus erat causa doloris, vnio autem eius ad diuinitatem erat causa gaudij: hæc autem duæ vniones non se impediunt, ergo in Christo fuit simul dolor passionis & gaudiū fruitionis.

¶ 2 Præ. Christus in eodem instanti fuit verus viator & comprehensor, ergo habuit ea, quæ sunt viatoris & comprehensoris: sed comprehensoris est diuina fruitio intente gaudere, viatoris autem est corporales dolores sentire, ergo in Christo simul fuit dolor passionis, & gaudiū fruitionis.

RESPON. Dicendū, quod in Christo duo prædicta, scilicet gaudiū fruitionis, & dolor corporalis passionis, se nullatenus impediunt. Ad cuius euidentiā sciendum est, quod secundum naturam ordinem pp colligantiam virtutum animæ in vna essentia, & animæ & corporis in vno esse compositi, vires superiores & inferiores & etiam corpus inuicem in se efficiunt, quod in aliquo eorum superabundat: & inde, est quod

A ex apprehensione animæ transmutatur corpus secundum calorem & frigus, & quandoque vsque ad sanitatē & aegritudinem, & vsque ad mortem: contingit namque aliquid ex gaudij vel tristitia vel amore mortē incurere. Et inde est, quod ex ipsa gloria animæ fit redūdantia in corpus glorificandum, ut patet per auctoritatem Aug. supra inductā, & similiter est econuersio, quod transmutatio corporis in animā redūdat. Anima namque coniuncta corpori eius cōplexiones imitatur secundum amertiam, vel docilitatem & alia huiusmodi, ut dicitur in libro Sex principiorum. Similiter ex viribus superioribus fit redūdantia in inferiores, ut cum ad motum voluntatis intensum, sequitur passio in sensu.

B li appetitū & ex intensa contemplatione retrahuntur vel impediuntur vires animales a suis actibus: & econuerso ex viribus inferioribus fit redūdantia in superiores, ut cum ex vehementia passionum in sensuali appetitu existentium obrebebratur ratio, ut iudicet quasi simpliciter bonum id, circa quod homo per passionem afficitur. In Christo autem secus est: nam pp diuinam virtutem verbi, eius voluntati subiectus erat ordo nature, vnde poterat hoc contingere, ut nō fieret prædicta redūdantia, sive ex anima in corpus, vel econuerso, sive ex superioribus viribus in inferiores, vel econuerso, virtute verbi id faciente, ut cōprobaretur veritas humane nature quantum ad singulas partes eius, ut decenter impleteretur quantum ad

C oia, nostre reparationis mysterium. Vñ dicit Damascenus in 3. libro, mouebatur secundum consequentiam nature verbo uolente, & permittente dispensatione pati & operari quæ eque propria, ut per oia nature credatur veritas. Sic ergo patet, quod cū in ratione superiori esset summum gaudiū, in quantum per eius operationem anima Deo fruebatur, ipsum gaudiū in superiori rōne persistebat, & non deriuabatur ad inferiores vires animæ, nec ad corpus, alias nullus dolor nec passio in eo esse potuisset. Et sic effectus fruitio nis non peruenit ad essentiam animæ, in quantum est forma corporis, nec in quantum est radix inferiorū virtutum. Sic namque & ad corpus & ad inferiores vires peruenisset, ut accidit in beatis post resurrectionē. Similiter dolor, qui erat ex lesione corporis ipso corpore & essentia animæ secundum quod est forma corporis in inferioribus viribus, nō poterat peruenire ad superiorē rōnem secundum quod per actū suum in Deū conuertitur, ut per hoc ipsa conuersio aliquantulum impediretur. Relinquitur igitur, quod superiorē rōnem attingebat ipse dolor, in quantum in esse animæ radicatur, & erat ibi gaudiū summum in quantum per actum suum Deo fruebatur. Et sic ipsum gaudiū conueniebat rationi superiori per se, quia per actū propriū, dolor autem quasi per accidens, quia ratione essentia animæ in qua fundatur.

D **AD PRIMUM** ergo dicendum, quod sicut Deus est bonum & vita animæ, ita anima est bonum & vita corporis, non autem conuerso quod corpus sit bonum animæ: passibilitas autem est quoddam impedimentum vel nocūmentum respectu unionis animæ ad corpus. Et ideo corpus non potest esse beatum suo modo passibile existēs, utpote impedimentum habens respectu participationis summi boni, ppter quod impassibilitas pertinet ad gloriam corporis. Anima vero beatitudo tota consistit in fruitioe summi boni, quod est Deus. Vnde anima, quæ fuit Deo, perfecte est beata, etiam si contingat, quod sit passibilis ex parte illa, qua corpori vnitur, sicut accidit in Christo.

AD SECVNDVM dicendum, quod hoc quod gaudium uehementis expellat omnem tristitiam etiam non contrariam, contingit ex redundantia uirtutum in inuicem, quae in Christo non fuit, ut dictum est: & hac ratione ex uehementia contemplationis ipsius Pauli inferiores vires a suis actibus sunt abstractae. Vnde patet solutio ad tertium.

AD QUARTVM dicendum, quod ex hac etiam ratione ex operatione animae contingit aliqua immutatio in corpore. Ex quo patet solutio ad quartum. Inde est quod Moyses siti & fame nullo modo uel minus affligebatur ex contemplatione, quantum uideret Deum in subiecta creatura. & sic patet solutio ad quintum.

AD SEXTVM dicendum, quod in Christo nulla permissio facta est gaudij & doloris. Nam gaudium fuit in superiori ratione ex illa parte, qua est principium sui actus, sic enim Deo fruebatur: dolor uero non erat in ipsa, nisi secundum quod laesio corporis attingebat eam ut actum corporis, mediante essentia in qua radicantur, ita tamen quod actus rationis superioris nullatenus impediatur, & sic erat & purum gaudium & purus dolor, & sic utrumque in summo.

AD SEPTIMVM dicendum, quod ex quadam dispensatione factum est, ut Christo a principio suae conceptionis gloria aia, non autem corporis conferretur, ut. Epiglotiam aia communicet cum Deo, per passibilitatem corporis similis esset nobis, & sic esset conueniens mediator Dei & hominum in gloria nos adducens & suam passionem ex parte nostra Deo offerens, secundum illud Hebr. 2. Decebat eum qui multos filios in gloriam adduxerat per passionem consumari.

AD OCTAVM dicendum, quod aia Christi fuit coniuncta uerbo dupliciter: uno modo, per actum fruitionis & haec unio fecit eam beatam. Alio modo, per unionem, & ex hac non habuit rationem beatitudinis: sed ex hac habuit quod esset aia Dei. Si autem ponatur anima fuisse assumptam in uirtute personae sine fruitione, non esset beata proprie loquendo: quia nec ipse Deus beatus est, nisi per hoc quod ipse gloriosum est, quod est a filio Dei in uirtute personae assumptum: sed solum ex hoc quod ex aia in ipsum gloria descendit, quod quidem ante passionem non erat gloriosum.

AD NONVM dicendum, quod contraria esse in eodem per se est impossibile. Contingit tamen esse contrarios motus in eodem, ita quod unus motuum conueniat ei per se, & alius per accidens, sicut cum aliquis in nauis deambulans fertur in contrarium eius ac quod nauis mouetur. Ita in superiori ratione anima Christi erat gaudium per se: quia per actum proprium, dolor autem per accidens: quia per corporis passionem: uel potest dici quod gaudium illud & ille dolor non erant contraria, cum non essent de eodem.

AD X. dicendum, quod intellectus non potest simul multa intelligere per diuersas species, potest autem per unam speciem simul multa intelligere, uel qualitercumque, aliter intelligere multa, ut unum. & sic intellectus aie Christi & cuiuslibet beati multa simul intelligit, in quantum uidendo essentiam diuinam aliam cognoscit: dato tamen quod anima Christi non possit simul nisi unum intelligere, per hoc tamen non remouetur quia possit simul intelligere unum & sentire aliud sensu corporali: & ex istis duobus apprehensis in aia Christi sequebatur gaudium fruitionis ex uisione Dei, & dolor passionis ex sensu nocumendi: dato iterum quod non possit simul intelligere unum & sentire uel imaginari aliud, ex illo tamen uno intellectu

posset diuersimode affici appetitus superior & inferior, ut superior gauderet & inferior timeret, uel doleret, sicut accidit in eo qui sperat ex aliqua horribili medicina se assequi sanitatem. Nam ipsa medicina, ut salubris a ratione considerata, generat in uoluntate gaudium, ratione uero horribilitatis suae in inferiori appetitu timorem inducit.

AD XI. dicendum, quod ratio illa procedit secundum communem cursum. In Christo autem specialiter fuit, ut non fieret redundantia ex una potentia in aliam. **AD XII.** dicendum, quod corpus puerorum non fuit factum impassibile in fornace: sed diuina uirtute miraculose factum est, ut corpora passibilia existentia ab igne non lederentur, sicut fieri potuisset diuina uirtute, ut neque anima Christi nec corpus aliquod periret: sed quare factum non fuerit, dictum est.

AD XIII. dicendum, quod conuersio potentiae ad aliquid est per actum ipsius. & sic gaudium fuit in superiori ratione per conuersionem ad Deum ad quem totaliter conuertebatur: dolor autem fuit in superiori ratione inhaesionem, uel adhaerentiam, qua adhaerebat essentiae animae sicut suae radici.

AD XIV. dicendum, quod status uirtutis est status imperfectionis, status autem comprehensoris est status perfectionis. Secundum hoc ergo Christus status uirtutis habuit, quod corpus passibile gereret, & similiter animam, secundum hoc uirtutis rationem comprehensoris, quod per actum superioris rationis perfecte Deo fruebatur. Quod quidem esse poterat in Christo propter hoc, quod impediatur diuina uirtute redundantia ex uno in alium, ut dictum est. & haec est causa quare gaudium & tristitia simul ei inesse poterant. & ideo dicitur quod secundum duos status haec duo sibi inerat: quia habere duos status, & simul pati dolorem & gaudium ab eadem causa procedebat.

AD XV. dicendum, quod quamuis status uirtutis & comprehensoris sint quasi contrarii, tamen Christo simul inesse poterat, non secundum idem: sed secundum diuersa. Nam status comprehensoris inerat ei secundum quod per fruitionem adhaerebat Deo: secundum quod per fruitionem rationem, status uero uirtutis secundum quod naturali coniunctione anima corpori passibili iungebatur, & superior ratio ipsi anime, ut sic status comprehensoris pertinet ad actum superioris rationis, status uero uirtutis ad corpus passibile, & ad ea, quae ad hoc consequuntur.

AD XVI. dicendum, quod in Christo hoc fuit speciale ratione iam dicta, quod quantumcumque intendebatur una potentia in suo actu, alia non retraheretur a suo actu, nec aliquatenus impediatur, & sic gaudium superioris, neque impediatur per dolorem qui erat in sensu secundum actum sensus, neque a dolore secundum quod erat in superiori ratione: quia iste dolor non erat in ea secundum actum eius: sed attingebat eam aliquoties secundum quod in essentia anima erat fundata.

AD XVII. dicendum, quod sicut cognitio beata est principaliter diuinae essentiae, & secundario eorum quae in diuina essentia cognoscuntur, ita affectio & gaudium beatorum principaliter est de Deo, secundario autem eorum de quibus gaudet: Deus est ratio. & sic quodammodo dolor passionis poterat esse materialis respectu gaudij fruitionis: erat. n. illud gaudium principaliter de Deo, secundario de his quae Deo erant placita, & sic erat de dolore in quantum a Deo acceptabatur, ut pote ad salutem humani generis ordinata. QVAE-